Amen amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet. Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli: hesitantes de quo diceret. Erat autem recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Jesu. Innuit ergo huic symon petrus: et dixit ei. Quis est de quo dicitur. Itaqꝫ cum recubuisset ille supra pectus iesu: dixit ei. Domine quis est? Respondit Jesus. Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem: tradidit iude simonis scariothis. Et post buccellam: tunc introiuit in illũ sathanas. Et dicit ei iesus. Quod facis: fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentiũ: ad quid dixerit ei: quidam autem putabant quia loculos habebat iudas quia dixisset ei iesus. Eme ea que vobis opus sunt ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam: exiuit continuo. Erat autem nox. Cum autem exisset dixit Jesus. Nunc clarificatus est filius hominis: & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo: et deus clarificabit eũ in semetipso: et continuo clarificauit eum. Filioli: adhuc modicũ vobiscum sum. Queretis me: et sicut dixi iudeis. Quo ego vado: vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt et vos inuicem diligatis. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei symon petrus. Domine quo vadis? Respondit iesus. Quo ego vado: non potes me modo sequi: sequeris autem postea. Dicit ei petrus. Quare nõ possum te modo sequi: animam meam pro te ponam. Respondit Jesus. Animam tuam pones pro me? Amen amen dico tibi: non cantabit gallus donec ter neges me. Et ait discipulis suis. Non turbetur cor vestrum: neqꝫ formidet. Creditis in deum: et in me credite. In domo patris mei: mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero et preparauero vobis locum: iterum veniam et accipiam vos ad meipsum: vt vbi ego sum et vos sitis. Et quo ego vado scitis: et viam scitis. Dicit ei Thomas. Domine: nescimus quo vadis. Et quomodo possumus viam scire? Dicit ei Jhesus. Ego sum via/veritas/et vita. Nemo venit ad patrem: nisi per me. Si cognouissetis me: et patrem meum vtiqꝫ cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum: & vidistis eum.

Dicit ei Philippus. Domine ostende nobis patrem: et sufficit nobis. Dicit ei Jesus. Tanto tempore vobiscum sum: et non cognouistis me. Philippe: qui videt me videt et patrem meum. Quomodo tu dicis. Ostende nobis patrem? Non creditis quia ego in patre: et pater in me est? Verba que ego loquor vobis a meipso non loquor. Pater autem in me manēs: ipse facit opera. Nō creditis quia ego in patre et pater in me est? Alioquin propter ipsa opera credite. Amen amē dico vobis: qui credit in me: opera que ego facio et ipse faciet: et maiora horū faciet: quia ego ad patrem vado. Et quodcūqȝ petieritis patrē in nomine meo: hoc faciā: vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis patrē in noīe meo: hoc faciā. Si diligitis me mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem: et alium paraclitum dabit vobis: vt maneat vobiscum in eternum. Spiritum veritatis quem mundus non potest capere: quia non videt eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eū: quia apud vos manebit et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: et mundus iam nō videt me. Vos autem videbitis me: quia ego viuo et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo: et vos in me: et ego in vobis. Qui habet mandata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: et manifestabo ei meipsum. Dicit ei iudas: nō ille scariothis. Domine quid factum est: quia manifestaturus es nobis teipsum et non mundo? Respondit iesus et dixit ei. Si qͣs diligit me: sermonem meum seruabit: et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus: et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia: et suggeret vobis omnia quecunqȝ dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis. Nō turbetur cor vestrum neqȝ formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqȝ: quia vado ad patrē: quia pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cum factum fuerit credatis. Jam non

multa loquar vobiscū. Venit enim princeps mundi huius: et in me nō habet quicq̄. Sed vt cognoscat mūdus quia diligo patrē: et sicut mandatū dedit mihi pater sic facio. Surgite eamus hinc.


SAbbato in vigilia pasche: congregatis clericis in choro dictaq̄ hora .ix. executor officij indutis vestibus sacerdot. in cappa serica rubea: diacon⁹ dalmatica subdiaconus tunica induantur cū ceteris ministris altaris: albis cum amictibus indutis sine lumine et cereis: et sine cruce et sine igne in thuribulo: quidā etiam de prima forma .s. acolitus in superpellicijs cereū extinctū ex tribus cādelis tortis in vnum in parte inferiori: et insuper ad inuicē diuisis super quandā hastā deferēs: ꝫ pcessi. procedēs post portionē aque benedicte per mediū chori ad fontes et ad nouum ignem benedicendū processionaliter cant choro sequente: habitu non mutato: excellentioribus precedentibus et ad columnam ex parte australi iuxta fontem: vbi sacerdos executor officij ignem benedicat: qui accendatur ibidem videlicet in medio inter duas columnas. In eundo vero dicitur ps. Dn̄s illuminatio Sine nota et sine Gloria patri. alternatim a toto choro. Hoc modo fiat statio ad ignem benedicendū. Sacerdos vero iuxta ignē stet ad orientem cōuersus: et ad sinistrū eius stet dia. subdiacon⁹ ad sinistrū diaconi. vnus vero ceroferari⁹ stet sacerdoti opposit⁹ ad dextrū cui⁹ stet puer ferēs libr̄ꝫ primior sacer. ali⁹ vero ceroferari⁹ stet retro sacer. ad dextrū cui⁹ stet portitor aq̄ primior sacer. ꝫ vlti. loco retro oēs a parte occidētali stet portitor haste cū cereo. ꝫ ex alia parte ignis: videlꝫ ex pte australi stet thuribu. ad accipiēdū ignē in thuribulū post bn̄dictionē oib⁹ istis ministris ad sacer. cōuersis cho. iterim circūstāte videlꝫ ex pte boriali vt patꝫ vbi ptrahit statio. Sequat bn̄dictio ignis solēniter a sacerd. incipiēte sic.



Dominus vobiscum. Oremus.

DOmine deus noster pater omnipotens: lumen indeficiēs conditor omnium luminum: exaudi nos famulos tuos et bene ✠ dic hunc ignem: quia tua sanctificatione atq̄ benedictione consecretur: tu illuminans omnem hominē venientē in hunc

mundum: illumina conscientias cordis nostri igne tue caritatis vt tuo igne igniti tuo lumine illuminati: expulsis a cordibus nostris peccatorũ tenebris ad vitã te illustrante peruenire mereamur eternã: et sicut illuminasti ignẽ moysi famulo tuo per colũnã ignis ambulãte in mari rubro: ita illustra nostrũ lumẽ: ꝛ cãdelã q̃ de eo fuerit accẽsa in honore maiestatis tue semꝑ ꝑseueret bñdicta: vt q̃cũq; ex eo lumine portauerit sit illuminat⁹ lumine grẽ



spiritualis. Per dominum nostrum. ꝛc. seculorum. Amen.

¶ Omnes orationes dicuntur cum Oremus sub tono predicto. Hic aspergatur aqua benedicta super ignẽ. Deinde dicatur Dominus vobiscum. Et Oremus. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus bene ✠ dicere et sanctificare digneris ignem istum: quem nos indigni per inuocationem vnigeniti filij tui dñi nostri iesu christi: benedicere presumimus: tu clementissime pater eũ tua benedictione san ✠ ctifica: et ad profectum generis humani peruenire concede. Per eundem christum dominum nostrum. Oremus.

Celesti nos lumine quesumus domine semper et vbiq; preueni: vt mysterium cuius nos participes esse voluisti: ꝛ puro cernamus intuitu: et digno percipiamus effectu. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. ¶ Deinde sequatur benedictio thimiamatis siue incensi hoc modo.

Exorciso te immundissime spiritus: et omne fantasma inimici. In nomine dei patris omnipotentis: et in nomine filij eius iesu christi domini nostri: vt exeas et recedas ab hac creatura thimiamatis siue incensi: cum omni fallacia atq; nequicia tua. vt sit hec creatura sanctificata in nomine eiusdem dñi nostri iesu christi vt omnes gustantes: tangentes/ siue odorantes eã virtutem et auxilium percipiant spiritus sancti: ita vt vbicunq; hoc incensum vel thimiama fuerit: ibidem nullatenus appropinquare audeas: nec aduersa inferre presumas: sed quicunq; spiritus immunde es cum omni versutia tu procul inde fugias atq; discedas adiuratus per virtutem ꝛ nomen dei patris omnipotẽtis

et iesu christi filij eius domini nostri qui venturus est in spiritu sancto iudicare viuos et mortuos: et te preuaricatorem: et seculum per ignem. Amen. Oratio.

AEternam ac iustissimā pietatem tuam deprecamur domine sancte pater omnipotens eterne deus vt bene ✠ dicere digneris hanc thimiamatis vel incensi speciem: vt sit incēsi maiestati tue in odorem suauitatis acceptum: sit a te hec species benedicta: sit per inuocationem sancti nominis tui sanctificata: vt vbicunqꝫ fumus eius peruenerit: extricetur ꝫ effugetur omne genus demoniorum sicut incensum iecoris piscis quem raphael archangelus thobiā famulū tuum docuit cum ascēdit ad sare liberationem. Per christum dominum nostrum. Amen. Oremus.

DEscendat benedictio tua domine super hanc speciem incēsi et thimiamatis: sicut in illo die de quo dauid propheta tuus cecinit dicens: dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo sit nobis odor consolationis suauitatis et gratie vt fumo isto effugetur omne fantasma inimici mentis et corporis: vt simus pauli apostoli voce bonus odor deo. Effugiāt a facie huius incēsi et thimiamatis omnes demonis incursus sicut puluis a facie venti: ꝫ sicut a facie ignis. Presta hoc piissime pater boni odoris incēsum ad opus ecclesie tue: ob causam religiōis iugiter permanere: vt mistica nobis significatione spiritualium virtutum fragrans ostendat odor suauitatem. Tua ergo quesumus omnipotens deus immense maiestatis dextera hanc creaturam bene ✠ dicere ex diuersarum rerum commixtione confectam dignare et in virtute sancti tui nominis omnes immundorum spirituum fantasticos incursus effugare: omnesqꝫ morbos reddita sanitate expellere: vt vbicunqꝫ fumus aromatum eius afflauerit: mirabiliter possit atqꝫ in odore fragrantissimo tibi perpetua suauitate redolere. Per christum dominum nostrum. Amen.

¶ Postea impleatur thuribulum de carbonibus cum incenso: et incensetur nouus ignis: deinde accendatur cereus super hastam de nouo igne: ceteris luminaribus prius extinctis: et redeat processio: more solito iñ chorum. In redeundo duo clerici de secunda forma in superpellicijs post sacerdotem incedentes cantent hos versus sequentes hoc modo.




INventoꝛ rutili dux bone luminis qui certis vicibus tēpoꝛa




dividis merso sole chaos in gruit hoꝛridū lumē redde tuis chri

Choꝛ⁹ idē re= petat post v= nūquemq; v̄.

ste fideli bus. clerici v⁹. Quāvis in numero sidere regi=



am lunariq; polum lāpade pinxeris incussu silicis lu mina nos



tamen mōstras saxigeno semine quere re. Ne nesci ret homo



spē sibi luminis in xp̄i solido coꝛpoꝛe cōditā q̄ dici stabilē se volu




it petrā nostris igniculis vnde gen⁹ ve nit. Splēdēt ergo tuis




muneribus pater flammis mo bilibus scilicet atri a absentēq;



diem lux agit emula quam nox cum lacero victa fugit pe plo.



Per quē splendor honor laus sapienti a maiestas bonitas et



pietas tua regnū contineat nu mine triplici texens purpu



reis secula secu lis.


Quo cantato sequatur benedictio cerei paschalis ab ipso diacono ad pcessionē induto post acceptā benedictionē ad borealē conuerso ad gradū presbyterij ceroferarijs diacono assistentibus vno a dextris reliquo a sinistris ad ipsum cōuersis cereis extinctis. Subdiaconus vero textū tenens stet ei oppositus: iuxta quē stet portitor haste ex vna parte: et ceroferarius cuiuscūque parui cerei ad fontes benedicendos ex altera parte eodem modo cōuersi post diaconum vero stet thuribularius. Diaconus accepta prius benedictione a sacerdote executore officij dicat. Exultet iam angelica turba celorū. ꝛc. quam zozinius papa constituit sic.




Exultet iā angeli ca turba celo rū exultēt diuina myste ria



et pro tan ti regis victo ria tuba intonet salu ta ris. Gau



deat se tellus tātis irradiata fulgoribus et eterni regis splē



dore lustrata totius orbis se sentiat amisis se ca ligi

nem. Letetur et mater ecclesi a tanti luminis adornata fulgori

bus et magnis populorũ vo cib⁹ hec aula re sul tet. Qua pro

pter astantibus vobis fratres charissimi ad tã mirã sancti hui⁹

luminis clarita tẽ vna mecũ queso dei omnipotentis misericor

diã inuoca te. Ut qui me nõ meis meri tis intra leuitarũ

numerũ aggregare dignatus est luminis sui gr̃a infũdẽte cere


i hui⁹ laudẽ implere per fici at. Per dñm nostrũ iesũ chri

stũ filium suũ q̃ cũ e o viuit et regnat deus in vnitate spũs san

cti. Per omnia secula seculo rũ. Amẽ. Domin⁹ vobiscũ. Et cũ




spiritu tuo. Sur sum corda. Habemus ad dominū. Gra ti




as agamus domino de o nostro. Dignum et iustum est.




VEre quia dignū et iustū est invisibilē deū omnipotentē




patrē filiū qꝫ eius vni genitū dñm nostrū ie sum christū cum



sancto spi ritu toto cordis ac mētis af fectu et vocis ministerio




persona re. Qui pro nobis eterno patri ade debitum soluit et



veteris piaculi cau tionē pio cruo re deter sit. Hec sunt



enim festa paschalia in quib⁹ ver⁹ il le agnus oc ciditur eiusqꝫ



sāguine postes cōsecrātur. Hec nox est in qua primū pa

tres nostros filios israel eductos de egi pto rubꝛum mare sic

co vestigio transi re feci sti. Hec igitur nox est

que peccatoꝛum tenebꝛas colūne illuminatio ne purga

uit. Hec nox est q̄ hodie per vniuersū mundū in xp̄o cre

dētes a vicijs seculi segregatos et caligine pctōꝝ reddit grē

sociat sanctita ti. Hec nox est in

qua destructis vinculis moꝛtis chꝛist9 ab inferis victoꝛ ascē dit

Ni hil enim nobis nasci pfuit ni si redimi pfuis set. O

mi ra circa nos tue pieta tis digna tio. O ine-

stima bi lis dilectio cha ritatis vt seruum redimeres fi-

lium tradidi sti. O cer te necessariũ ade pec catum

et nostrũ qḋ christi morte dele tũ est. O felix culpa que

talem ac tantum meruit habere redempto rem. O

certe beata nox que sola meruit scire tempus et ho-

ram in qua christus ab inferis resurre xit. Hec


nox est de qua scriptum est et nox vt dies illu-

minabitur et nox illuminatio mea in deli ciis me is.

Hu ius igitur sanctificatio noctis fu gat scelera



culpas lauat et reddit innocentiam lapsis et mestis leticiam:



fugat odia: concordiã parat et curuat impe ria. In hu-



ius igitur noctis gratia su scipe sancte pater.


Hic ponatur incẽsum ab ipso diacono in cereum siue in candelabrũ in modum crucis: similiter in paruum cereum portitore accedente.




incẽsi hui⁹ sacrificium ve-




sperti nũ. Quod tibi in hac cerei oblatio ne so lẽ



ni per ministro rũ man⁹ de ope rib⁹ apũ sacro sancta reddit



eccle sia. Sed iã colũne hui⁹ pconia nouim⁹ quã



in honorẽ dei rutilãs ignis accen dit.

Hic accẽdatur cereus paschalis: & sic ardeat cõtinue vsq; post cõpleto. in die pasche accẽdatur etiã quotidie per ebdo. pasche ad matut. et ad missam: et ad vesperas. similiter fiat in octa. pasche. Omnibus vero dñicis ab octa. pasche vsq; ad ascensionẽ dñi ad missam tantum accẽdatur. In die vero ascẽsionis dñi sicut in octa. pas.

Benedictio cerei

accēdatur etiā in his festis. s. marci euāgel. philippi et iacobi tm̄. In annūciā. vero bte marie qn̄ post octa. pasche celebratur. et in inuētiōe crucis sicut in octa. pasche accēditur. Qui licet sit diuisus

Hic accēdāt oia lūina. p ecclesiā

in partes. mutuati luminis detrimēta non nouit ali-

tur liquātibus cereis quas in substātiā preciose huius lampadis

apes mater edu xit. O beata nox q

expoliauit e giptios ditauit hebreos nox in qua terrenis cele-

stia iun gun tur. O ramus te do mine vt

cereus iste in hono rē nois tui con se cratus ad noctis hu

ius caliginē destruēdā indeficiens perseue ret. In odorē

sua uita tis acce ptus super nis luminaribus misce a-

tur. Flammas eius lucifer matuti nus inue niat. Il

le inquã lucifer qui nescit occasum. Il le qui regres

sus ab inferis humano generi serenus illu xit. Pre

camur ergo te do mine vt nos famulos tuos omnem


clerũ et deuotissimum populũ vna cũ patre nostro papa N.


atqз rege nostro N. necnon et episcopo nostro N.

quie te temporũ concessa in hijs paschali bus gaudijs conser-

ua re digne ris. Qui sem per viuis regnas impe ras nec

non et gloria ris solus de us solus altissimus te su





¶ Notandū est quod candelabrum cum cereo paschali debet ammoueri feria. vi. in crastinū ascēsionis domini ante missam Cereus iste christum designat siue columnam: que fuit hebreis: scilicet lux noctis et vmbra diei.



Ordo ad cathecuminū faciendū. In primis deferatur infās ad valuas ecclesie: et inquirat sacerdos ab obstetrice vtrū sit infans masculus vel femina. Deinde si infans baptizatus domi: et quo nomine vocari debeat: licet enim baptizatus fuerit domi: propter periculū mortis: tamen totū habeat subsequens seruitiū: preter immersionē aque et quo noīe debet vocari. ¶ Masculus aūt statuetur a dextris sacerdotis: mulier vero a sinistris: hijs quesitis faciat signū crucis cū pollice in fronte infantis ita dicēs. Signum saluatoris dñi nostri iesu christi in frontem tuum pono. et postea in pectore ita dicendo. Signum saluatoris dñi nostri iesu christi in pectus tuum pono. ¶ Deinde tenēs manum dexteram super caput infantis dicat Dominus vobiscum. et Oremus.

Omnipotens sempiterne deus pater dñi nostri iesu christi: respicere dignare super hunc famulū tuum vel hanc famulam tuam. Hic primo inquirat sacerdos nomen infantis: & respōdeant patrini N. quem vel quam ad rudimenta fidei vocari dignatus es omnem cecitatem cordis ab eo vel ea expelle: disrumpe omnes laqueos sathane: quibus fuerit colligatus vel colligata: aperi ei domine ianuā pietatis tue: vt signo sapientie tue imbutus vel imbuta omnium cupiditatum fetoribus careat: et ad suauem odorem preceptorum tuorum letus vel leta tibi in ecclesia tua deseruiat: et proficiat de die in diem: vt idone9 vel idonea efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. Deinde dicatur oratio sine Dominus vobiscum. sed cum Oremus. Oratio.

PReces nostras quesumus dn̄e clementer exaudi: et hūc vel hanc electum vel electam tuum vel tuā. Hic patrini et matrine nominent puerum N. crucis dominice: cuius impressione. Hic faciat sacerdos crucē in fronte infantis eū vel eam signam⁹ virtute custodi: vt magnitudinis glorie tue rudimenta seruans per custodiā mandatorū tuorū ad noue regenerationis gloriam ꝑuenire mereatur. Per christū dn̄m nostrū. Amē. Orem⁹. Oro.

DEus qui humani generis ita es conditor: vt sis etiam reformator: propiciare populis adoptiuis: et nouo testamento sobolē noue prolis ascribe: vt filij promissionis quod nō potuerunt assequi per naturam: gaudeant se recepisse per gratiā. Per dominum nostrum. ¶ Exorcismus salis. sine Oremus.

EXorciso te creatura salis in nomine dei patris omnipotentis et in charitate dn̄i nostri iesu christi: ꝫ in virtute spirit⁹ sancti. Exorciso te per deum viuum: per deum verum: per deum sanctum: per deum qui te ad tutelam humani generis ꝓcreauit: ꝫ populo venienti ad credulitatem per seruos suos cōsecrari precepit: vt in nomine sancte trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te dn̄e de⁹ noster: vt hanc. Hic respiciat sacerdos sal. creaturam salis sanctificando sancti ✠ fices: benedicēdo bene ✠ dicas: vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorū eiusdem domini nostri iesu christi: qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ℞ Amē. ¶ Postea interroget sacerdos nomen pueri: et ponatur de ipso sale in os eius dicendo N. accipe sal sapientie vt propiciatus sit tibi deus in vitam eternam. Amē. Post salem datum dicat sacerdos super masculū vel feminam Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

DEus patrum nostrorum: deus vniuerse conditor creature: te supplices exoramus: vt hunc famulum tuum: vel hanc famulam tuam. N. respicere digneris propicius: et hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas: quo minus cibo repleatur celesti: quatenus sit semper domine spiritu feruens: spe gaudens: tuo nomini seruiens: et perduc eum vel eam ad noue regenerationis lauachrum: vt cum fidelibus tuis promissionū tuarum eterna premia consequi mereatur.

Petit nom + fron + + in noīe P. N. pont de ... ore

Per dominũ nostrum. Sequatur oratio super masculum tantũ sine Dominus vobiscum. sed cum Oremus. verte ad feminam.

m.t. DEus abraham/deus ysaac/deus iacob/deus qui moysi famulo tuo in mõte synai apparuisti: et filios israel de terra egypti eduxisti: deputans eis angelum pietatis tue: qui custodiret eos die ac nocte: te quesumus domine vt mittere digneris sanctum angelum tuum de celis qui similiter custodiat hunc famulum tuum N. et perducat eum ad gratiam baptismi tui. sine Per christum. ¶ Adiuratio super masculum sine Dominus vobiscũ. et sine Oremus. sacerdote sic dicente.

m.t. ERgo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: et da honorem deo viuo et vero: da honorem iesu christo filio eius et spiritui sancto: et recede ab hoc famulo dei N. quia istum sibi deus et dñs noster iesus christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemq; baptismatis: dono spiritus sancti vocare dignatus est: et hoc signum sancte cru ✠ cis. Hic faciat sacerdos signum crucis in fronte infantis cum pollice suo ita dicẽs. quod nos frõti eius imponim⁹: tu maledicte diabole: nũq̃ audeas violare. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ℟. Amen. ¶ Hec sequens oratio dicitur sup masculum tantum sine Dominus vobiscum. et sine Oremus.

m.t. DEus immortale presidium omnium postulãtiũ: liberatio supplicum: pax rogantium/vita credentium/resurrectio mortuorum: te inuoco super hunc famulũ tuum N. qui baptismi tui donum petens: eternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum dñe: et quia dignatus es dicere: petite et accipietis: querite et inuenietis: pulsate et aperietur vobis petenti itaq; premiũ porrige: et ianuã pãde pulsanti vt eternam celestis lauacri benedictionẽ consecutus: promissa tui muneris regna percipiat. Qui viuis et regnas cũ deo patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorũ. ℟. Amẽ. ¶ Adiuratio super masculũ tantũ sine Dñs vobiscũ et sine Orem⁹. hoc modo

m.t. AUdi maledicte sathana adiuratus per nomen eterni dei et saluatoris nostri filij eius cum tua victus inuidia tremens gemensq; discede: nihil tibi sit commune cum seruo dei N. iam celestia cogitanti renũciaturo tibi ac seculo tuo: et beate im=

mortalitati victuro. Da igitur honorem aduenienti spiritui sancto: qui ex summa celi arce descendens: perturbatis fraudibus tuis: diuino fonte purgatum pectus: id est sanctificatum deo templũ et habitaculũ perficiat: vt ab omnibus penitus noxijs preteritorũ criminũ liberatus: hic seruus dei gratias perhẽni deo referat semper: et benedicat nomẽ eius sanctũ in secula seculorꝝ amẽ Exorcismus super masculum tantum sine Oremus.

Exorciso te immunde spiritus in nomine dei patris: et filij: ꝛ spiritus sancti: vt exeas et recedas ab hoc famulo dei respice N. ipse enim tibi imperat maledicte damnate atqꝫ damnãde: qui pedibus super mare ambulauit: et petro mergenti dexteram porrexit. Sequatur adiuratio. Ergo maledicte. vt s. Hec sequẽs oratio dicatur sup feminã tantũ sine Dñs vobiscũ. ꝛ sine Orem⁹

Deus celi: deus terre: deus angelorũ: deus archangelorum deus patriarcharũ/deus prophetarũ/deus apostolorum/ deus martyrũ/deus confessorũ/deus virginum/deus omniũ bene uiuentium: deus cui omnis lingua confitetur: ꝛ omne genu flectitur/celestium/terrestriũ/et infernorũ/te inuoco dñe super hãc famulam tuam respice N. vt perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Sequatur adiuratio super feminam.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: ꝛ da honorem deo viuo et vero: ꝛ da honorẽ iesu christo filio ei⁹ et spiritui sancto: et recede ab hac famula dei N. quia istã sibi deus et dñs noster iesus christus: ad suam sanctam gratiam et benedictionem: fontemqꝫ baptismatis: dono spiritus sancti vocare dignatus est: et hoc signum sancte cru ✠ cis. Hic faciat sacerdos signum crucis in fronte infantis cum pollice suo dicẽs. quod nos fronti eius damus: tu maledicte diabole: nunqꝫ audeas violare. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ℟. Amen. ¶ Item super feminam tantum dicitur sequens oratio sine Dominus vobiscum. et sine Oremus.

Deus abraham/deus ysaac/et deus iacob/deus qui tribus israel de egyptia seruitute liberasti: et per moysen famulum tuum de custodia mandatorum tuorum in deserto monuisti: et susannam de falso crimine liberasti: te supplex deprecor domine vt liberes et hanc famulam tuam respice N. et perdu-

c.iiij.

Per dominū nostrum. Sequatur oratio super masculum tantū sine Dominus vobiscum. sed cum Oremus. verte ad feminam.

m. t. DEus abraham/deus ysaac/deus iacob/deus qui moysi famulo tuo in mōte synai apparuisti: et filios israel de terra egypti eduxisti: deputans eis angelum pietatis tue: qui custodiret eos die ac nocte: te quesumus domine vt mittere digneris sanctum angelum tuum de celis qui similiter custodiat hunc famulum tuum N. & perducat eum ad gratiam baptismi tui. sine Per christum. ¶ Adiuratio super masculum sine Dominus vobiscū. et sine Oremus. sacerdote sic dicente.

m. t. ERgo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: & da honorem deo viuo et vero: da honorem iesu christo filio eius et spiritui sancto: et recede ab hoc famulo dei N. quia istum sibi deus et dn̄s noster iesus christus ad suam sanctam gratiam & benedictionem fontemqꝫ baptismatis: dono spiritus sancti vocare dignatus est: et hoc signum sancte cru✠cis. Hic faciat sacerdos signum crucis in fronte infantis cum pollice suo ita dicēs. quod nos frōti eius imponim⁹: tu maledicte diabole: nūq̄ audeas violare. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ℞. Amen. ¶ Hec sequens oratio dicitur sup masculum tantum sine Dominus vobiscum. et sine Oremus.

m. t. DEus immortale presidium omnium postulātiū: liberatio supplicum: pax rogantium/vita credentium/resurrectio mortuorum: te inuoco super hunc famulū tuum N. qui baptismi tui donum petens: eternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum dn̄e: et quia dignatus es dicere: petite et accipietis: querite et inuenietis: pulsate & aperietur vobis petenti itaqꝫ premiū porrige: et ianuā pāde pulsanti vt eternam celestis lauacri benedictionē consecutus: promissa tui muneris regna percipiat. Qui viuis et regnas cū deo patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorū. ℞. Amē. ¶ Adiuratio super masculū tantū sine Dn̄s vobiscū. & sine Orem⁹. hoc modo

m. t. AUdi maledicte sathana adiuratus per nomen eterni dei et saluatoris nostri filij eius cum tua victus inuidia tremens gemensqꝫ discede: nihil tibi sit commune cum seruo dei N. iam celestia cogitanti renūciaturo tibi ac seculo tuo: et beate im-

mortalitati victuro. Da igitur honorem aduenienti spiritui san
cto: qui ex summa celi arce descendens: perturbatis fraudibus tu=
is: diuino fonte purgatum pectus: id est sanctificatum deo tem=
plũ et habitaculũ perficiat: vt ab omnibus penitus noxijs prete=
ritorũ criminũ liberatus: hic seruus dei gratias perhẽni deo refe
rat semper: et benedicat nomẽ eius sanctũ in secula seculoꝝ amẽ

Exorcismus super masculum tantum sine Oremus.

Exorciso te immunde spiritus in nomine dei patris: et filij: ꝛ m.f.
spiritus sancti: vt exeas et recedas ab hoc famulo dei respi
ce N. ipse enim tibi imperat maledicte damnate atq; damnãde:
qui pedibus super mare ambulauit: et petro mergenti dexteram
porrexit. Sequatur adiuratio. Ergo maledicte. vt s. Hec sequẽs
oratio dicatur sup feminã tantũ sine Dñs vobiscũ. ꝛ sine Oremꝰ

Deus celi: deus terre: deus angelorũ: deus archangelorum
deus patriarcharũ/deus prophetarũ/deus apostolorum/ ff
deus martyrũ/deus confessorũ/deus virginum/deus omniũ be
neuiuentium: deus cui omnis lingua confitetur: ꝛ omne genu fle
ctitur/celestium/terrestriũ/et infernorũ/te inuoco dñe super hãc
famulam tuam respice N. vt perducere eam digneris ad grati=
am baptismi tui. Sequatur adiuratio super feminam.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: ꝛ da ff
honorem deo viuo et vero: ꝛ da honorẽ iesu christo filio eiꝰ
et spiritui sancto: et recede ab hac famula dei N. quia istã sibi de=
us et dñs noster iesus christus: ad suam sanctam gratiam et be=
nedictionem: fontemq; baptismatis: dono spiritus sancti vocare
dignatus est: et hoc signum sancte cru ✠ cis. Hic faciat sacerdos
signum crucis in fronte infantis cum pollice suo dicẽs. quod nos
fronti eius damus: tu maledicte diabole: nunq̃ audeas violare.
Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum
per ignem. ℟. Amen. ¶ Item super feminam tantum dicitur se
quens oratio sine Dominus vobiscum. et sine Oremus.

Deus abraham/deus ysaac/et deus iacob/deus qui tri= ff
bus israel de egyptia seruitute liberasti: et per moysen fa=
mulum tuum de custodia mandatorum tuorum in deserto mo=
nuisti: et susannam de falso crimine liberasti: te supplex deprecor
domine vt liberes et hanc famulam tuam respice N. et perdu=

cere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Sequatur adiuratio. Ergo maledicte. vt supra. Exorcismus super feminam tantum sine Dominus vobiscum. et sine Oremus. Oratio.

Exorciso te immunde spiritus: per patrem et filium et spiritum sanctum: vt exeas et recedas ab hac famula dei respice N. ipse enim tibi imperat maledicte damnate: atque dannãde: qui ceco nato oculos aperuit: et quatriduanum lazarũ de monumento suscitauit. sequatur adiuratio. Ergo maledicte. vis. Exinde tam super masculos quam super feminas dicantur orationes sequentes sine Dominus vobiscum. et sine Oremus. Hic faciat sacerdos crucem cum pollice in fronte infantis: tenensque manũ super caput eius dicat.

Eternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor domine sancte pater omnipotens eterne deus: auctor luminis et veritatis: respice super hunc famulum tuum vel hanc famulam tuam respice. N. vt digneris illum vel illã illuminare lumine intelligentie tue: munda eum vel eam et sancti✠fica: da ei scientiã veram: vt dignus vel digna efficiatur accedere ad gratiã baptismi tui: teneat firmam spem: consilium rectum: doctrinam sanctam: vt vel aptus vel apta sit ad percipiendam gratiam baptismi tui Per christum dñm nostrum. sine Oremus. Oratio sequatur.

Nec te latet sathana imminere tibi penas: imminere tibi tormenta: imminere tibi diem iudicij: diem supplicij sempiterni diem qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi atque vniuersis angelis tuis eternus superueniet interitus. Et ideo pro tua nequitia damnate atque dãnande: da honorem deo viuo et vero: da honorem iesu christo filio eius: da honorẽ spiritui sancto paraclyto: in cuius nomine atque virtute precipio tibi quicunque es spiritus immunde: vt exeas et recedas ab hoc famulo dei vel ab hac famula dei. respice N. quem vel quam hodie idem deus et dominus noster iesus christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis vocare dignatus est: vt fiat eius templum per aquam regenerationis: in remissionem omniũ peccatorum suorum: in nomine eiusdem dñi nostri iesu christi. Qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. R. Amen. His dictis dicat sacerdos. Dominus vobiscum. Et cũ

spiritu tuo. ¶ Euangelium. Secundum Matheum.

IN illo tempore. Oblati sunt iesu paruuli: vt manus eis im
poneret et oraret. Discipuli autem eius increpabant eos.
Jesus autem ait illis. Sinite paruulos: et nolite p̄hibere eos ve=
nire ad me. Talium est enim regnum celorum. Et cum imposu=
isset eis manum: abijt inde. ¶ Deinde spuat sacerdos in sinistra
manu: et tangat aures et nares infantis cum pollice suo dextero
de sputo dicendo ad aurem dexteram. Effeta/ quod est aperire.
ad nares. In odorem suauitatis. ad aurē sinistrā. Tu autē effu=
gare dyabole: appropinquabit enim iudiciū dei. ¶ Postea dicat
sacerdos compatribus & commatribus vna cum omnibus circū
stātibus vt ipsi dicant adinuicē. Pater noster. &. Aue maria. et
Credo in deum. quas etiam ipse sacerdos dicat cunctis audien=
tibus videlicet modeste et distincte sic.

PAter noster qui es in celis: sanctificetur nomen tuum. Ad=
ueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo et in
terra. Panem nostrū quotidianū da nobis hodie. Et dimitte no
bis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribꝰ nostris. Et
ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

AUe maria gratia plena dn̄s tecum: benedicta tu in mu=
lieribus: et benedictus fructus ventris tui iesus. Amen.

CRedo in deum patrem omnipotentē: creatorem celi & ter=
re: et in iesum christum filium eius vnicum dominum no=
strum: qui conceptus est de spiritu sancto: natꝰ ex maria virgine:
passus sub poncio pilato crucifixus mortuus et sepultus: descēdit
ad inferna: tertia die resurrexit a mortuis: ascēdit ad celos sedet
ad dexteram dei patris omnipotentis: inde venturus est iudica=
re viuos et mortuos. Credo in spiritum sanctum sanctam eccle
siam catholicam: sanctorum communionem: remissionem pecca
torum/ carnis resurrectionem/ et vitam eternam. Amen. ¶ His
dictis faciat sacerdos signum crucis in manu dextera infantis/
interrogato eius nomine ita dicens. N. Trado tibi signaculum
domini nostri iesu christi in manu tua dextera/ vt te signes et te
de aduersa parte repellas/ et in fide catholica permaneas/ et ha
beas vitam eternam et viuas in secula seculoꝝ amen. ¶ Postea
dicat sacerdos benedicendo infantem sic. Benedictio dei patris

onmipotentis et filij et spiritus sancti. descendat super te et maneat semper. ℟. Amen. ¶ Postea introducat cathecuminū per manum dexteram in ecclesiam interrogato nomine eius dicens. N. Ingredere in templum dei: vt habeas vitam eternam et viuas in secula seculorum amen. ¶ Quando fuerit fons mundandus et de pura aqua renouād⁹ quod sepe debet fieri propter aque corruptionē: tunc dicatur sequēs letania: et benedicatur fons modo sequēti. Et nota q̄ aqua baptismatis non debet transmutari propter honorē alicuius potentis nisi fuerit corrupta. ¶ Nota q̄ aqua benedicta fontiū in vigilia pasche ⁊ penthecostes nō aspergatur per ecclesiam sed aliqua alia aqua benedicta more solito sicut in alijs dn̄icis diebus. ¶ Memoraliter retinendū est q̄ aqua benedicta circa fontes est aspergenda sed nō aqua fontiū vtrum crismate fuerit sanctificata vel non. Quoniam in decretis originalibus sanctorum patrum clementis et paschasij paparum inuenitur q̄ aqua fontium non est aqua aspersionis sed baptismatis et purgationis: vnde caueat vnusquisqȝ sacerdos ne illa aqua tangat: nisi quos baptizat: quia non est opus vt baptizati iterū baptizētur. Cesset ergo stulta presumptionis aspersio tam in vigilia pasche et penthecostes q̄ in omnibus ceteris dieb⁹: quia per ecclesiam romanam cunctis christianis sub pena excommunicationis maioris est inhibita. Hic incipit letania hoc modo. ¶ God faders ⁊ godmoders ⁊ all that be here about say in the worshippe of god ⁊ our ladye and of the. xij. apostelles a **Pater noster.** and **Aue maria.** and **Credo.** That we maye so mynyster thys blessyd sacrament that yt maye be to the pleasure of almyghty god and confusyon of our gostly ennemy ⁊ saluacyon of te sowle of thys chyld. ¶ Godfaders and godmoders of this chylde whe charge you that ye charge the fader and the moder to kepe it/ from fyer and water and other perilles to the age of. vij. yeres. and that ye lerne / or set to lerne the **Pater noster. Aue maria.** ⁊ **Credo.** after the lawe of all holy churche ⁊ in all godly haste to be confermed of my lorde of the diocese or of hys depute and that the moder bringe ayen the crysom at hyr puryfycation/ ⁊ wassche your hande or ye departe the churche.


¶ Sequuntur letanie.

N ducit in Eccles. ex dextera

Kyrieleysō. Christeleysō Christe audi nos. Pater de celis de⁹. miserere nobis
Fili redēptor mūdi de⁹. mi.n.
Spūs scte de⁹. mi.n. Sctā trinitas vn⁹ de⁹. mi.n. Sctā maria. ora p nob. Sctā dei genitrix. or. Sctā vgo vginū. or.
Sancte michael or
Sancte gabriel or
Sancte raphael or
Omnes sancti āgeli et archāgeli dei. Orate pro nobis
Omnes sancti beatorū spirituū ordines. Orate pro nobis.
Sancte ioannes baptista. or
Oēs scti pr̄iarche ⁊ pphe. orat
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte ioannes or
Sancte iacobe or
Sancte thoma or
Sancte philippe or
Sancte iacobe or
Sancte mathee or
Sancte bartholomee or
Sancte symon or
Sancte thadee or
Sancte mathia or
Sancte barnaba or
Sancte marce or
Sancte luca or
Oēs scti apli et euāgel. orate
Oēs scti discipuli ⁊ inocē. orat
Sancte stephane or
Sancte line or
Sancte clete or
Sancte clemens or
Sancte fabiane or
Sancte sebastiane or
Sancte cosma or
Sancte damiane or
Sancte prime or
Sancte feliciane or
Sctē dyonisi cū so. tuis. orat.
Sancte victor cū so. tuis. orat
Oēs sancti martyres. orate.
Sancte siluester or
Sancte leo or
Sancte hieronime or
Sancte augustine or
Sancte ysidore or
Sancte iuliane or
Sancte gildarde or
Sancte medarde or
Sancte albine or
Sancte eusebi or
Sancte swithune or
Sancte birine or
Oēs sancti cōfessores. Orate
Oēs scti monachi et here. orat
Sctā maria magdalena or
Sctā maria egyptiaca or
Sancta margareta or
Sancta scolastica or
Sancta petronella or
Sancta genouefa or
Sancta praxedis or
Sancta sotheris or
Sancta prisca or
Sancta tecla or

Sancta affra or. Omnes sancte virgines. orate.
Sancta editha or. Omnes sancti orate

His itaq completis accedat sacerdos ad fontium consecrationē que semper dicatur sine cantu: nisi tantum in vigilia pasche & pē thecostes. tunc enim cantata secunda letania incipiat sacerdos ad hunc locum: & cantet modesta voce hoc modo.




Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotēs sempiterne deꝰ: adesto magne pietatis tue mysteriis: adesto sacramētis: et ad recreandos nouos populos quos tibi fons baptismatis parturit: spiritū adoptiōis emitte: vt quod nostre humilitatis gerēdū est mysterio tue virtutis impleatur effectu. Per dn̄m nostrū iesū christū filiū tuū. Qui tecū viuit & regnat in vnitate spūs sctī deꝰ. Hic mutet vocē more pfatio. sic.



Per omnia scl̄a seculorū. Amē. Dn̄s vobiscū. Et cū spi-




ritu tuo. Sursū corda. Habemus ad dn̄m. Gr̄as agamꝰ dn̄o



deo nr̄o. Dignū et iustū est. Vere dignū et iustū est equū



& salutare nos tibi semp & vbiq grās agere dn̄e sctē pater oipo-



tēs eterne deꝰ. Qui inuisibili potētia sacramētorū tuorū mirabi

liter operaris effectũ. Et licet nos tãtis misterijs exequẽdis si

mus indigni: tu tamẽ gratie tue dona nõ deserẽs etiã ad nostras

preces aures tue pietatis inclines. Deus cuius spũs sup aquas in-

ter ipsa mũdi primordia ferebatur vt iã tũc virtutẽ scrificationis


aquarum natura cõciperet. Deus q̃ nocẽtis mũdi crimina p aquas

abluẽs regeneratiõis speciẽ in ipsa diluuij effusione signasti: vt

vnius eiusdẽq; elemẽti misterio & finis esset vitijs & origo vtutibus

Respice q̃sumus dñe in faciẽ ecclesie tue: et multiplica in ea rege-

nerationes tuas q̃ gratie tue affluẽtis impetu letificas ciuitatẽ



tuā:fontēq; baptiſmatis aperis toto orbe terrarū gētib⁹ innouā




dis vt tue maieſtatis iperio ſumat vnigeniti tui grām de ſpū sctō

Hic diuidat ſacer. aquam manu ſua dextera in modū crucis ſic.


Qui hāc aquā regenerādis hoībus preparatā



archana ſui luminis admixtiōe fecūdet vt ſctificatiōe cōcepta



ab immaculato diuini fōtis vtero in nouā renatā creaturā pro=



genies celeſtis emergat. Et quos aut ſexus in corpore aut etas



diſcernit in tēpore oēs in vnā pariat gratiā mater infantiam.



Procul ergo hinc iubēte te dñe omnis ſpūs immūdus abſcedat



procul tota nequicia diabolice fraudis abſiſtat. Nihil hic loci ha

beat cõtrarie virtutis admixtio:nõ insidiãdo circũuolet:nõ latẽ
do surrepat:nõ inficiẽdo corrũpat. Sit hec sctã ⁊ innocẽs creatu
ra libera ab omni ĩpugnatoris incursu ⁊ toti⁹ neq̃tie purgata di
scessu. Sit fons viu⁹ aqua regenerãs vnda purificãs. Ut oẽs
hoc lauacro salutifero diluẽdi operãte in eis spũ sctõ pfecte purga
tiõis ĩdulgẽtiã cõsequãtur. Unde bñ ✠ dico te creatura aq̃ p
deũ vi✠uũ:p deũ ve✠rũ:p deũ san✠ctũ:p deũ q̃ te in principio
v̄bo separauit ab arida:cui⁹ spũs sup te ferebat̃:q̃ te de paradiso
manare fecit:et in quatuor fluminibus totã terrã rigare precepit

Benedictio

Hic eijciat sacerdos aquā de fōte per .iiij. partes cū manu dextera in modū crucis.

Qui te in deserto amarā suauitate indita fecit esse potabilē et sitiēti pplo de petra pduxit. Bene✠dico te per iesum christū filiū ei9 vnicū dnm nostrū: q te in chana galilee signo admirabili sua potētia cōuertit in vinū. Qui pedib9 sup te ābulauit & a ioāne in iordane i te baptizat9 est. Qui te vna cū sanguine de latere suo pduxit & discipulis iussit vt credētes baptizarēt in te dicēs. Ite docete oēs gētes baptizātes eos in noie pa✠tris et fi✠lij et spi✠rit9 scti.

Hic mutet sac. vocē quasi legēdo & dicat sic. Hec nobis pcepta seruātib9 de9 tu ops clemēs adesto tu benign9 aspira. Hic aspi. sacter in fōtē in modū crucis deīde dicat legēdo sic. Tu has simplices aquas tuo ore bndicito: vt pter naturalē emūdationē quā lauādis possint adhibere corpib9: sint etiā purificādis mētib9 efficaces. Hic inflet sa. de cereo i fōtē i modū cruc' postea dicat more pfa.

Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus spiritus sancti

totamq3 huius aque substantiam regenerandi fecūdet effectu.

Hic diuidat sacerdos aquam cum cereo in fōte in modū crucis dicendo. Hic omniū peccatorum macule deleantur.

Hic natura ad imaginem tui condita: et ad honorem sui refor=

mata principij cunctis vetustatis squaloribus emundetur.

Hic tollat sacerdos cereū de aqua: et tradat clerico a quo ibidē cōtra fontes teneatur: donec finiatur tota prefatio. Ut omnis homo hoc sacramētū re

generatiōis ingressus in vere innocētie nouā infātiā renascatur

¶ Hic mutet vocē quasi legendo. Per dnm nostrū iesum christū filiū tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus. per oīa secula seculorū. Amen. ¶ Non procedatur vlterius in hoc officio in vigilia pasche et penthecostes: nisi aliquis esset baptizandus vt postea patebit. Nota q̄ in vigi. pasche et pēthecostes cōsecratis fontibus nō infundetur oleū neq3 crisma: nisi assint aliqui qui debeant baptizari: sed linthea mūdo cooperiantur: et vsq3 ad cōpletū pasche vel penthecostes reseruentur

vt si forte hijs diebus aliquis baptizandus aduenerit: fecūdatis tamē et sanctificatis fontibus olei ꝛ crismatis infusione baptizetur. Post hec mittat sacerdos oleū sctm̄ cū ipsa billione que est in vase eius in aquā signū crucis faciens et dicēs. Coniunctio olei vnctionis et aque baptismatis. In noīe patris et filij et spiritus sancti. Amen. Simili modo mittat crisma dicens. Fecundetur et sanctificetur fons iste hoc salutifere crismate salutis. In noīe patris. ꝛc. Postea mittat simul oleū cū crismate modo supradicto dicens. Coniūctio crismatis sanctificatiōis et olei vnctiōis et aque baptismatis. In noīe p̄tris. ꝛc. Tunc portetur infans ad fontes ab hijs qui eū suscepturi sunt ad baptismū: ipsisq; eūdem puerū super fontes inter manus tenētibus: et ponat sacerdos manū dexterā super eū: et interrogato eius noīe: respōdeant qui eū tenent. N. Itē sacerdos dicat. N. Abrenuncias sathane. Respōdeant cōpatrini et cōmatrine. Abrenūcio. Itē sacerdos. Et oīb9 operibus eius. R. Abrenūcio. Itē sacerdos. Et oībus pōpis eius R. Abrenūcio. Postea tangat sacerdos pectus infantis et inter scapulas de oleo sancto crucē faciens cū pollice dicēs. N. et ego lineo te super pectus oleo salutis (inter scapulas) In xp̄o iesu dn̄o nostro vt habeas vitam eternam et viuas in secula seculoꝝ amē Deinde interrogato nomine eius respondeant. N. Itē sacerdos N. Credis in deū patrem omnipotentē creatorē celi ꝛ terre. Respondeant. Credo. Itē sacerdos. Credis et in iesum xp̄m filiū eius vnicū dn̄m nostrū natum et passum. Respondeant. Credo Item sacerdos. Credis et in spiritū sanctum sanctam ecclesiā catholicam sanctoꝝ cōmunionē remissionem peccatoꝝ: carnis resurrectionē et vitam eternā post mortē. Respōdeant. Credo Tunc interrogat sacerdos nomen infantis dicēs quid petis. Respondeant. baptismū. Itē sacerdos. Uis baptizari. Respōdeāt. Uolo. Deinde accipiat sacerdos infantē per latera in manibus suis: et interrogato noīe eius baptizet eū sub trina mersiōe tantū sanctā trinitatē inuocando ita dicēs. N. Et ego baptizo te in nomine patris. et mergat eū semel versa facie ad aquilonē et capite versus orientē et filij et iterū mergat semel versa facie ad meridiem. et spiritus sancti amen. et mergat tertio recta facie versus aquam. Tunc patrini accipientes infantem de manibus sacer=

dotis leuet eũ de fonte. Ut autẽ surrexerit a fonte accipiat sacer. de crismate cũ pollice suo dicẽs. Dñs vobiscũ. et Oremus. Oratio.

Deus omnipotens pater dñi nostri iesu christi qui te regenerauit ex aqua et spiritu sancto quiqꝫ dedit tibi remissionem omnium peccatorum tuorum. Hic lineat infantẽ de ipso crismate cum pollice in vertice in modum crucis dicens. Ipse te liniat crismate salutis in eodẽ filio suo dño nostro iesu christo in vitam eternam. ¶ Postea induatur infans veste crismali sacerdote interrogante nomen eius et dicente sic. N. Accipe vestem candidam sanctam et immaculatam quam perferas ante tribunal domini nostri iesu christi vt habeas vitam eternã et viuas in secula seculorum amen. ¶ Licitum est enim pãnum crismalem secundo linire crismate et super alium baptizatum imnittere: tamen ad communes vsus non debet pannus ille assumi: sed ad ecclesiam reportari: et in vsus ecclesie reseruari. Deinde quesito nomine ponat cereum ardentem in manu infantis dicens. N. Accipe lampadem ardentem et irreprehensibilẽ: custodi baptismũ tuum: serua mandata: vt cum venerit dñs ad nuptias: possis ei occurrere vna cũ sanctis in aula celesti: vt habeas vitam eternã: et viuas in secula seculorum amen. ¶ Si episcopus adest statim eum confirmari oportet et postea communicari si etas eius id deposcat sacerdote dicente. Corpus domini nostri iesu christi custodiat corpus tuũ et animam tuam in vitam eternam amẽ. ¶ Si infans sit: iniungatur patri et matri vt conseruent puerum ab igne et aqua et omnibus alijs periculis vsqꝫ ad etatem septẽ annorum: et si ipsi non faciant patrini et matrine tenentur. Item et commatribus iniungatur vt doceant infantem. Pater noster. et Aue maria. et Credo in deum. vel doceri faciant: et ꝙ crismale deferatur ad ecclesiam: & ꝙ confirmetur ꝙ̃ citius episcopus aduenerit circa partes per septem miliaria. Deinde dicatur hoc sequens euangelium super infantem si placuerit: quia secundũ doctores maxime valet pro morbo caduco. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. ¶ Sequentia sancti euangelij. Secundum Marcum. ℞. Gloria tibi domine.

In illo tempore. Respondens vnus de turba dixit ad iesum Magister attuli filiũ meũ ad te habentẽ spiritũ mutũ: qui

Accipit ... line. Linit inf... vertice. P. N. Induit ve... dicens. P. No... ... in ma... Iniung... et ma... Iniungat... vt doceant... Ave et C... ...curent ...

vbicunq₃ apprehenderit allidit eũ et spumat et stridet dentib⁹ ꝫ arescit. Et dixi discipulis tuis vt eijcerent illum: et nõ potuerunt Qui respondẽs eis: dixit. O generatio incredula: ꝙdiu apud vos ero: ꝙdiu vos patiar. Afferte illum ad me: et attulerunt eum. Et cum vidisset illum: statim spiritus cõturbauit eum. Et elisus in terra volutabatur spumans. Et interrogauit patrẽ eius. Quan tũ temporis est ex quo ei hoc accidit. At ille ait. Ab infantia: Et frequenter eum in ignẽ et in aquas misit vt eum perderet. Sed si quid potes adiuua nos misertus nostri. Jesus autẽ ait illi. Si po tes credere: omnia possibilia sunt credenti. Et cõtinuo exclamãs pater pueri cum lachrymis aiebat. Credo dñe adiuua incredulitatem meam. Et cũ videret iesus concurrentẽ turbam: cõminatus est spiritui immundo dicens illi. Surde et mute spiritus: ego tibi precipio exi ab eo: et amplius ne introeas in eũ. Et clamans et multum discerpens eum: exijt ab eo. Et factus est sicut mortu⁹ ita vt multi dicerent quia mortuus est. Jesus autem tenens manum eius eleuauit eum et surrexit. Et cum introisset in domum: discipuli eius secreto interrogabant eũ. Quare nos nõ potuim⁹ eijcere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio. Et postea dicatur hoc euangelium sequens: sub forma predicta. videlicet. Secundum Joannem.

IN principio erat verbũ et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: ꝫ sine ipso factũ est nihil. Quod factũ est in ipso vita erat: et vita erat lux hoim: et lux in tenebris lucet: ꝫ tenebre eã non cõprehenderũt. Fuit homo missus a deo: cui nomẽ erat ioannes. Hic venit in testimoniũ: vt testimoniũ perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Nõ erat ille lux: sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. In mundo erat: et mundus per ipsum factus est: et mundus eũ non cognouit. In propria venit: et sui eũ nõ receperũt. Quotquot autẽ receperũt eũ: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus: neq₃ ex voluntate carnis: neq₃ ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factũ est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre:

plenum gratie et veritatis. ¶ Notandū est ꝙ quilibet sacerdos parochialis debet parochianis suis formā baptizandi in aqua pura naturali et recenti et nō in alio liquore frequēter in diebus dominicis exponere ut si necessitas emergat sciant paruulos in forma ecclesie baptizare proferendo formam verborum baptismi in lingua materna distincte et aperte ꝛ solum unica voce nullomodo iterādo verba illa rite semel prolata vel similia super eūdem: sed sine aliqua additione/subtractione/interruptione/verbi pro verbo positione/mutatione/corruptione seu trāspositione sic dicēdo. **I cristene the. N. i the name of the fadir ād of the sone and of the holy gost. amē.** vel in lingua latina sic **Ego baptizo te N. In nomine patris et filij ꝛ spiritus sancti. Amē.** Aquā super paruulum spargēdo vel in aquā mergendo ter vel saltem semel. ¶ Et si puer fuerit baptizatus secundum illam formam caueat sibi unusquisqꝫ ne iterum eundem baptizet: sed si huiusmodi paruuli conualescant deferantur ad ecclesiam et dicantur super eos exorzismi et cathezismi cū vnctiōibꝫ ꝛ oībꝫ alijs supradictis preter immersionē aque et formam baptismi que omnino sunt omittenda: videlicet. **quid petis.** et ab hinc usqꝫ ad illū locū quo sacerdos debeat paruulum crismate linere. ¶ Et ideo si laicus baptizauerit puerum anteꝙ deferatur ad ecclesiam interroget sacerdos diligēter quod dixerit ꝛ qd fecerit: et si inuenerit laicū discrete et debito modo baptizasse et formam verborum baptismi ut supra in suo ydiomate integre protulisse/approbet factum: et nō rebaptizet eum. Si vero dubitet rationabiliter sacerdos utrum infans ad baptizandum sibi oblatus prius in forma debita fuerit baptizatus vel non: debet omnia perficere cum eo sicut cum alio quem constat sibi non baptizatum/preter quod verba sacramentalia essentialia proferre debeat sub conditione hoc modo dicendo. **N. Si baptizatus es ego non rebaptizo te: sed si nondū baptizatus es ego baptizo te. In nomine patris et filij et spiritus sancti amen.** sub aspersione vel immersione utꝫ. Et est obseruandum tam de baptismate quam de confirmatione quod quādocunqꝫ dubitatur sine dubitatione conferātur: quia nō dicitur iteratū quod nescitur fuisse collatum/et ideo sub forma predicta baptizentur infantes expositi de quorum baptismo probabiliter

dubitatur siue inueniatur cum sale vel sine sale. ¶ Notandū est etiam q̄ si infans sit in periculo mortis: tūc primo introducatur ad fontē & postea baptizetur incipiendo ad hūc locū. **Quid petis** et si post baptismum vixerit habeat totum residuum seruitium supradictum. ¶ Hoc autem in quolibet sacramēto obseruetur q̄ quandocunq̄ periculum videtur imminere: semper incipiatur ad substantiam illius sacramenti et postea residuum compleatur si poterit. ¶ Nō licet aliquē baptizare i aula camera vel aliquo loco priuato: sed dūtaxat in ecclesijs in quibus sunt fontes ad hoc specialiter ordinati nisi fuerit filius regis vel principis aut talis necessitas emerserit propter quā ad ecclesiam accessus absq̄ periculo haberi nō potest ¶ Presbyter autē si poterit semp habeat fontem lapideum integrum et honestum ad baptizandum: si autem nequiuerit habeat vas cōueniēs ad baptismum quod alijs vsibus nullatenus deputetur nec extra ecclesiam deportetur.

¶ Solennis baptismus celebrari solet in sabbato sancto pasche et in vigilia penthecostes: et ideo pueri nati infra octo dies ante pascha vel infra octo dies ante penthecosten debent reseruari ad baptizandū in sabbato sancto pasche: et in vigilia penthecostes si comode et sine periculo valeant reseruari. Ita q̄ tempore medio inter natiuitatem puerorum et huius baptismi perfectum recipiant cathecismum solaq̄ diebus predictis baptismi consecratis fontibus sit immersio faciēda. ¶ Alij autē qui alijs anni temporibus nati extiterint incōtinenti cū nati fuerint propter mortale periculum q̄d sepe pueris imminet improuisum baptizentur ¶ Verūtamen in sabbato sctō pasche et in vigilia penthecostes peracta consecratione fontium non infundetur oleum neq̄ crisma nec vlterius in officio baptismi procedatur nisi forte aliquis assit baptizandus: sed lintheamine mūdo cooperiatur & vsq̄ ad cōpletoriū pasche & penthecostes reseruentur vt si forte hijs diebus aliquis baptizandus aduenerit fecundatis et sanctificatis fontibus olei et crismatis infusione baptizetur.

¶ Et nota quod de aqua sanctificata in fonte baptismali in sabbato sancto pasche et in vigilia penthecostes numquam debet populis aspergi post aque crismationem nec ante.

¶ Non licet laico vel mulieri aliquem baptizare nisi in articulo

necessitatis. Si vero vir et mulier adessent vbi immineret neces
sitatis articulus baptizandi puerum et non esset alius minister
ad hoc magis ydoneus presens: vir baptizet et nō mulier: nisi for
te mulier bene sciret verba sacramentalia et non vir: vel aliud
impedimentum subesset. ¶ Similiter pater vel mater nō debet
proprium filiū de sacro fonte leuare nec baptizare / nisi in extre=
me necessitatis articulo: tunc enim bene possunt sine preiudicio
copule coniugalis ipsum baptizare nisi fuerit aliquis alius pre=
sens qui hoc facere sciret et vellet. ¶ Preterea vir et vxor non de=
bent simul leuare puerum alterius de sacro fonte. Nulli religio=
si debent admitti patrinos quod etiam demonialibus obseruan=
dum est. ¶ Viri autem et mulieres qui suscipiunt pueros ba=
ptismo constituuntur eorum fide iussores apud deum et ideo fre=
quenter debent eos admonere cū adulti fuerint seu discipline ca=
paces: vt castitatem custodiāt iusticiam diligant charitatē tene
ant: et ante omnia orationē dominicalem et salutationē ange=
licā: simbolū fidei: et signaculo scilicet crucis se signare eos docere
teneātur. ¶ Unde non debent recipi in patrinos nec admittan=
tur nisi qui sciunt predicta quia patrini debent instruere filios su
os spirituales in fide que facere nō possunt nisi ipsimet in fide pri
us instruerētur. ¶ Si baptizandus non poterit loqui vel quia
paruulus vel quia mutus vel quia egrotās aut aliunde impotēs
tūc debēt patrini pro eis respōdere ad omnes interrogationes in
baptismo. Si autē loqui poterit tūc pro seipso respondeat ad sin=
gulas interrogationes nisi ad interrogationes sui nominis tan
tum ad quas semper patrini sui respondeant pro eo. Qui suscipi
unt pueros de sacro fonte non debent eos tenere coram epo in con
firmatione nisi cogente necessitate. Non plures quā vnus vir et
vna mulier debent accedere ad suscipiēdū paruulū de sacro fon=
te vnde plures ad hoc simul accedentes peccant faciendo contra
prohibitionem canonis nisi alia fuerit consuetudo approbata ta
men vltra tres amplius ad hoc nullatenus recipiantur. ¶ Mo
nendi sunt etiam laici quod paruuli sui cōfirmati: tertia die post
confirmationem deportentur ad ecclesiam et frontes eorum per
manus sacerdotis propter crismatis reuerentiam in baptisterio
abluantur et ligature eorum tunc igne comburantur. ¶ Item

nullus debet admitti ad sacramentū corporis & sanguinis christi iesu extra mortis articulum nisi fuerit confirmatus vel a receptione sacramēti cōfirmationis fuerit rationabiliter impeditus. ¶ Non debet sacerdos parochialis esse sine crismate: sed debet quilibet sacerdos parochialis a suo epo non ab alio in propria persona sua vel per alium sacerdotem diaconum vel subdiaconū crisma petere singulis annis ante pascha. ¶ Sacerdos q̄ de veteri crismate vngit baptizatum nisi in articulo necessitatis deponendus est: et ideo debet omni die cene domini nouum crisma ab epo confici et vetus remoueri et concremari. ¶ Item tam sacrū oleum quā crisma sub fideli custodia claue adhibita debent obseruari ne ad illa possit manus temeraria extendi ad aliqua nepharia exercenda. ¶ Nota q̄ tempore interdicti generalis licite possunt conferri baptismus et confirmatio tam adultis q̄ paruulis: sed nondum pulsatis campanis neq̄ alta voce.

Ordo ad purificandū mulierē post partum ante ostiū ecclesie. Primo dicat sacerdos et ministri eius dicant psalmos sequentes. ps. Leuaui oculos meos. ps Beati omnes. Gloria patri. Sicut erat. Sequatur Kyrieleyson. Xpeeleyson. Kyrieleyson Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera nos. Domine saluam fac ancillam tuam Deus meus sperantem in te. Esto ei domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domie exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui hāc famulā tuā de pariendi periculo liberasti et eā in seruitio tuo deuotā esse fecisti: concede vt temporali cursu fideliter peracto sub alis mie tue vitā perpetuā et quietam cōsequatur. Per xp̄m dn̄m nr̄. ¶ Tūc aspergatur mulier aquā bn̄dicta: deinde inducat eā sacerdos per manū dexterā in ecclesiā dicēs. Ingredere in templū dei vt habeas vitā eternā et viuas in secula seculorū amē. ¶ Nota q̄ mulieres post prolem emissam quandocūq̄ ecclesiā intrare voluerint acture gratias purificari possunt: et nulla proinde peccati mole grauantur: nec ecclesiarū aditus est eis denegandus: ne pena illis cōuerti videatur in culpam. Si tamē ex veneratione voluerit aliq̄diu abstinere deuotionem earum non credimus improbandam. de pu. post per ca. vno



Rdo ad faciendum sponsalia. In primis statuantur vir et mulier ante ostium ecclesie corã deo sacerdote et populo: vir a dextris mulieris et mulier a sinistris viri. ¶ Et sciendum est q licet omni tempore possunt contrahi sponsalia et etiam matrimonium quod fit priuatim solo consensu tamen traditio vxorũ et nuptiarum solennitas certis temporibus fieri prohibẽtur videlicet ab aduentu dñi vsq ad octauas epyphanie: et a septuagesima vsq ad octauas pasce: et a dominica ante ascensionẽ domini vsq ad octauas penthecostes. In octaua die tamẽ epyphanie licite possunt nuptie celebrari: quia non inuenitur prohibitum quis in octauis pasche hoc facere non liceat. Similiter in dominica proxima post festum penthecostes licite celebrantur nuptie: quia dies penthecostes octauum diem non habet. ¶ Tunc interroget sacerdos banna dicens in lingua materna sub hac forma Ecce conuenimus hic fratres corã deo et angelis et omnibus sanctis eius in facie ecclesie ad coniungendũ duo corpora scilicet huius viri et hui9 mulieris. Hic respiciat sacerdos psonas suas vt amodo sint vna caro et due aĩe in fide et in lege dei ad promerendam simul vitam eternam quicquid ante hoc fecerunt. Admoneo igitur vos oẽs vt si quis est ex vobis qui aliquid dicere sciat quare isti adolescentes legitime contrahere non possunt modo confiteantur.

¶ Eadem admonitio fiat ad virum et ad mulierem vt si quis ab illis occulte actũ fuerit vel si quid deuouerint vel alio modo de se nouerint quare legitime cõtrahere nõ poterint: tũc confiteatur. Si vero aliquis ĩpedimentũ aliquod proponere voluerit: et ad hoc probandũ cautionẽ prestiterit: differãtur spõsalia quousq rei veritas cognoscatur. Si vero nullus impedimẽtũ proponere voluerit: interroget sacerdos dotem mulieris videlicet arras spõsales et dicũtur arre anuli vel pecunia vel alie res dande spõse per spõsum: que datio subarratio dicit precipue tamẽ quãdo fit per anuli dationẽ et tũc vulgariter despõsatio vocatur. Nõ fidabit sacerdos nec consentiet ad fidationẽ inter virũ et mulierẽ ante tertiũ edictũ bãnorũ. Debet enĩ sacerdos banna in facie ecclesie infra missarũ solẽnia cũ maior populi affuerit multitudo p tres dies solẽnes et disiũctos iterrogare ita vt inter vnũquẽq diẽ solẽnem

cadat ad minus vna dies ferialis. ¶ Debet etiam sacerdos ter=
minū prefigere cōpetētē infra quē qui noluerit et valuerit legiti
mū opponat impedimētū et si cōtrahentes diuersarū sint paro=
chiarū tūc in vtraqꝫ ecclesia parochiarū illarū sunt banna inter=
rogāda. ¶ Si autē vnius ⁊ eiusdē sint parochie tūc tamē in eccle
sia illius parochie bāna interrogētur. Sacerdos vero qui cōtra
ctibus matrimonialibus ante trinā solemnē interrogationē bo
norū vt predictū est presūpserit interesse: penā suspēsionis ab offi
cio per trienniū incurrit. ¶ Similiter sacerdos parochialis qui
matrimonia clādestina in parochia sua prohibere cōtēpserit ab
officio per trienniū debet suspēdi: et grauius est puniēdus si cul=
pe qualitas id requirat. Prohibentur autē clandestina matrimo
nia duplici ratione: videlicet ne sub spe matrimonij cōmittatur
fornicatio et ne matrimonialiter cōiuncti iniuste separentur. Se
pe enī in matrimonio occulto alter cōiugū mutat propositum et
dimittit reliquū probationibus destitutū et sine remedio restitu
tiōis: et ideo prohibeāt sacerdotes frequenter parochianos suos
ne dent sibi fidē mutuo: sed corā publicis et honestis personis ad
hoc cōstitutis. Quisquis etiā sacerdos seu secularis seu regularis
extiterit q solēnizationē mřimonij extra ecclesiā parochialē vel
capellā habētē iura parochie sibi cōpetentia ab ātiquo absqꝫ dio
cesani loci licētia speciali celebrare presumpserit aut celebrationi
interesse ipso facto per annū integrū ab officio est suspensus. Po
stea dicat sacerdos ad virū cūctis audiētibus in lingua materna
sic. N. Uis habere hāc mulierē in spōsam et eā diligere: honora
re: tenere: et custodire: sanā et infirmā sicut spōsus debet spōsam
⁊ oēs alias propter eā dimittere ⁊ illi soli adherere ꝙdiu vita vtri
usqꝫ vestrū durauerit. Respōdeat vir. Uolo. Itē dicat sacerdos
ad mulierē hoc mō. N. Uis habere hūc virū in spōsū et ei obe=
dire et seruire: et eū diligere honorare ac custodire sanū ⁊ infirmū
sicut sponsa debet sponsum ⁊ omnes alios propter eum dimittere
et illi soli adherere ꝙdiu vita vtriusqꝫ vestrū durauerit. Respon
deat mulier. Uolo. Deinde detur femina a pře suo vel ab amicis
eius que si puella sit/discopertā habeat manū: si vidua tectam ꝙ
vir recipiat in dei fide et sua seruandā sicut vouit corā sacerdote
et teneat eā per manū dexterā in manu sua dextera ⁊ sic vir det fi

dem mulieri per verba de presenti ita dicens docente sacerdote.
I N. take the. N. to my wedded wyf: tho haue & tho holde: fro
this day for ward: for bettere for wers: for richere for pouerer: in
sykenesse ād in hele: tyl dethe vs departe: if holy churche it woll
ordeyne: et ther to y plight te my trouthe. manū retrahēdo. Dein
de dicat mulier docēte sacerdote. I N. take the. N. to my wed
ded housbonde: to haue and to holde: fro this day for warde: for
better for wors: for richer for pouerer: in sykenesse & in hele: to be
bonere and buxum: in bedde ād atte borde. tyll dethe vs departhe:
if holy churche it wol ordeyne: and ther to. I plight the my trou
the. manū retrahendo. Deinde ponat vir aurū: argentū: et anu
lum super scutum vel librum: et querat sacerdos si anulus antea
fuerit benedictus vel nō: si dicatur qd non: tunc benedicat sacer=
dos anulū hoc modo cū. Dn̄s vobiscū. & cū. Oremus. Oratio.

Creator et cōseruator humani generis dator gratie spirita
lis: largitor eterne salutis: tu dn̄e mitte benedictionē tuā
sup hūc anulū. respice. vt que illū gestauerit sit armata v͛tute ce=
lestis defensionis: et p̄ficiat illi ad eternā salutē. Per xp̄m. Ore.

Bene✠dic domine hunc anulum. respice. quem nos in tuo
sancto nomine benedicimus: vt quecunq; eū portauerit in
tua pace consistat: et in tua volūtate permaneat: et in tuo amore
viuat et crescat et senescat: et multiplicētur in longitudinem die
rum. Per dominum. ¶ Tunc aspergatur aqua benedicta super
anulum. ¶ Si autem antea fuerit anulus ille benedictus tūc sta
tim postq̄ vir posuerit anulū super librū: accipiens sacerdos anu
lum tradat ipsum viro: quē vir accipiat manu sua dextera cū tri
bus p̄cipalioribꝰ digitis a manu sua sinistra: tenēs dexterā spō
se docente sacerdote dicat. With this rynge. I. the wed: and this
gold and siluer. I. the geue: and with my bodi. I. the worshipe:
and with all my worldely cathel. I. the endo we. et tunc profe=
rat sponsus anulū pollici sponse dicēs. In noīe patris: deinde se
cūdo digito dicēs & filij: deinde tertio digito dicēs et spiritus san
cti. deinde quarto digito dicēs amen. ibiq; dimittat anulum: qa
in medico est quedam vena procedens vsq; ad cor: et in sonorita=
te argenti designatur interna dilectio que semper inter eos de=
bet esse recēs. Deinde inclinatis eorum capitibus dicat sacerdos

benedictionē super eos. Benedicti ✠ sitis a domino qui fecit mū dū ex nihilo. amē. Postea dicatur iste psalmus sequens hoc modo

Manda deus virtutem tuam confirma deus hoc quod operatus es in nobis a templo tuo in hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arūdinis congregatio taurorum in vaccis populorū vt excludāt eos qui probati sunt argēto. Gloria patri. Sicut erat. Kyrieleison. Christe eleison. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Benedicamus patrem et filiū cū sctō spiritu. Laudemus et superaltemus eum in secula. Laudemus dñm quē laudant angeli. Quem cherubin et seraphin sanctus sanctus sanctus pclamant. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscū. Oremus

Deus abraham: deus ysaac: deus iacob sit vobiscum: et ipse vos cōiungat: impleatq benedictionē suā i vobis. Qui viuit et regnat cū deo patre in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. ¶ Alia oratio cum. Oremus.

Bene ✠ dicat vos deus pater/custodiat vos iesus christus: illuminet vos spūs sanctus: ostendatq dñs faciē suā in vobis et misereatur vestri: cōuertat dñs vultū suum ad vos: et det vobis pacē: impleatq vos omni bñdictione spūali: in remissionē oīm pctōrū vestrorū vt habeatis vitā eternā: et viuatis in secula seculorū amen. Hic intrēt ecclesiā vsq ad gradū altaris: et sacerdos in eundo cum suis ministris dicat hunc psalmū sequentem.

Beati oēs qui timent dñm: qui ambulant in vijs eius. Labores manuū tuarū quia mādùcabis: beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abūdans: in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue. Ecce sic bñdicetur homo qui timet dñm Benedicat tibi dominus ex syon: vt videas bona hierusalē: omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorū: pacē super israel. Gloria patri. Sicut erat in principio. sine nota cum. Kyrieleisō. Christe eleyson. Kyrie leison. ¶ Tunc prostratis sponso et sponsa ante gradum altaris: roget sacerdos circunstantes orare pro eis dicēdo. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos a malo. Saluum fac seruū tuum et ancillam tuam. Deus meus sperantes in te. Mitte eis domine auxiliū de sancto Et de syon tuere eos Esto eis dñe turris

fortitudinis. A facie inimici. Dñe exaudi. Et clamor. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Benedicat vos dñs ex syon vt videatis que bona sunt hierusalem: omnibus diebus vite vestre: et videatis filios filiorum vestrorū et pacē super israel. Per xp̄m dñm nostrū. Orem⁹.

Deus abrahā: deus ysaac: deus iacob: bene ✠ dic adolescentes istos: et semina semen vite eterne in mentibus eorum: vt quicquid pro vtilitate sua didicerint: hoc facere cupiant. Per iesum christum filium tuum recuperatorem hominum. Qui tecū viuit et regnat deus. ꝛc. Oremus. Oratio.

Respice dñe de celis: et bene ✠ dic conuentionem istam: et sicut misisti sanctum angelum tuum raphaelem ad tobiā et saram filiam raguelis: ita digneris domine mittere bene ✠ dictionem tuam super istos adolescentes: vt in tua voluntate permaneant: et in tua securitate persistant: et in amore tuo viuant et senescant: vt digni atq; pacifici fiant et multiplicentur in longitudinem dierum. Per xp̄m dñm nostrum. Oremus. Oratio.

Respice dñe propicius super hunc famulum tuū respice. ꝛ super hanc famulam tuam respice. vt in nomine tuo bene ✠ dictionem celestem accipiant: et filios filiorum suorum et filiarū suarum vsq; in tertiam et quartam progeniem incolumes videant: et in tua voluntate perseuerēt: et in futuro ad celestia regna perueniant. Per christum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui primos parentes nostros adam et euam sua virtute creauit: et in sua sanctificatione copulauit: ipse corda et corpora vestra sctificet et benedicat: atq; in societate et amore vere dilectionis coniungat. Per christum.

¶ Deinde benedicat eos dicens. Oremus.

Bene ✠ dicat vos de⁹ omnipotēs omni benedictione celesti: efficiatq; vos dignos in conspectu suo: superabundet in vobis diuitias gratie sue: et erudiat vos in verbo veritatis: vt ei corpore pariter et mente complacere valeatis. Per dominum.

¶ Finitis orationibus que dicebantur super eos prosternētes ad gradum altaris et introductis illis in presbyterium scilicet inter chorum et altare ex parte ecclesie australi: et statuta muliere a dextris viri videlicet inter ipsum et altare. Incipiatur officium.

De sponsalibus.

Enedi cta sit san cta trinitas at qꝫ in di uisa v ni tas confi tebi mur e i quia fe cit no bi scum mise ri cordiam su am. In tempore paschali finiatur hoc modo. allelu ya alle lu ya. ps. Benedicamꝯ patrẽ et filiũ: cum sãcto spũ.

Nõ dicatur vlteriꝯ kyr. cũ suis v. dicatur. Ad missam seruetur modꝯ et ordo per oĩa sicut in duplicibus festis hoc modo.

Gloria in excel sis deo.

Et in terra pax hoĩbꝯ bone volũtatis.

Gloria in excelsis deo. Gloria in excelsis deo. Laudamus te Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnã gloriam tuã. Dñe deus rex celestis deꝯ pater omnipotẽs. Dñe fili vnigenite iesu xpe. Dñe deus agnus dei filiꝯ patris. Qui tollis pctã mũdi miserere nobis. Qui tollis pctã mũdi: suscipe deprecationẽ nostrã. Qui sedes ad dexterã patris miserere nobis. Qm̃ tu solus sanctꝯ. Tu solus dñs. Tu solꝯ altissimus iesu xpe. Cũ sctõ spiritu in gloria dei p̃ris amen. Iste due oratiões sequẽtes dicãtur sub vno Oremꝯ. ꝫ sub vno Per d̃.

Omnipotẽs sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in cõfessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: ꝫ in potentia maiestatis adorare vnitatem quesumus: vt eiusdẽ fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Alia oratio.

Exaudi nos omnipotens et misericors deus ut quod nostro ministratur officio tua benedictione potius impleatur. Per dominum nostrum iesum christũ filiũ tuũ. Qui tecum. Ad corinthios

Fratres. Nescitis quoniam corpora vestra mẽbra sunt xpi? Tollens ergo mẽbra christi: faciã mẽbra meretricis? Absit. An nescitis quoniã qui adheret meretrici: vnũ corpus efficitur. Erunt inquit duo: in carne vna. Qui aũt adheret deo: vnus spiritus est. Fugite fornicationẽ. Omne enim pctm quodcunque fecerit homo: extra corpus est. Qui autẽ fornicatur: in corpus suũ peccat. An nescitis quoniã mẽbra vestra templũ sunt spũs sancti qui in vobis est: quẽ habetis a deo et nõ estis vestri? Empti enim estis precio magno: honorificate et portate deũ: in corpore vestro. Gradale.

Bene di ctus es domine qui intueris abis sos et sedes su per cheru bin. V. Benedicite de um ce li quia fecit nobi scum misericor diam su am.

Non repetatur grada. in missis sponsalibus.

Alleluya. V. Be ne dictus

De spōsalibus.



es domine de us patrum nostrorum et laudabilis




in secula.

In tpe paschali erit secūdū Alla. vnum ex istis sequentibus.



Al le lu ya.




℣. Donne cor nostrum ardens erat in



nobis de iesu dum loque re tur nobis in





vi a. Alle




luya. ℣. Surgens






iesus dominus no ster ste tit in me dio disci pulo



rum suo rum



di xit pax vobis.




Alle luya.



℣. Surre xit do minus et occur




rens muli eri bus a it aue



te tunc accesse runt et



tenue runt pedes eius





Alleluya. ℣. In




die resurrectionis mee di cit domi nus pre




ce dam vos in galile am.



Allelu ya.



℣. Dicite in genti bus quia do



mi nus regna uit a li gno.




Alle lu ya.



℣. Christus resur gens ex



mor tuis iam non moritur mors



il li ultra non do



mina bitur. Sequentia.

Alma chor⁹ dñi nūc pāgat noīa summi. Messias sother emanuel sabaoth adonay. Est vnigenit⁹ via vita man⁹ homo vsyon. Principiū primogenit⁹ sapiētia virtus. Alpha caput finisq; simul vocitatur et est oo. Fons et origo boni paraclitus ac mediator. Agn⁹ ouis vitulus serpēs aries leo vermis. Os verbū splendor sol gloria lux et ymago. Panis flos vitis mons ianua petra lapisq;. Angelus ꝯ spōsus pastorq; propheta sacerdos. Athanatos kyros theon panton craton et ysus. Saluificet nos. Sit cui secla. Per omnia dora. Secundum Matheū.


In sponsalibus

IN illo tẽpore. Accesserunt ad iesum scribe et pharisei: tentantes et dicentes. Si licet homini dimittere vxorem quacunqꝫ ex causa? Qui respondens ait illis. Non legistis quia qui fecit hominem ab inicio masculum et feminam fecit eos? Et dixit eis. Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna. Itaqꝫ iam non sunt duo sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet.



CRedo in vnum deum. Patrem omnipotentem: factorem celi et terre. Uisibilium omnium et inuisibilium. Et in vnum dominum iesum christum filium dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo lumen de lumine deum verum de deo vero. Genitum non factum consubstantialem patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines ꝫ propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine et homo factus est. Crucifixus etiam ꝑ nobis sub pontio pylato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos ꝫ mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum et viuificantem. Qui ex patre filioqꝫ procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur. Qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma: in remissionem peccatorum Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen.

Offertorium.



Bene dictus sit de us pa ter vnige-

ni tusqꝫ de i fi li us san ctus





Tempore pasche.

Alle luya.


Nota ꝗ ordo thuris bñdicti nūꝗ datur in ecclesia sponso et sponse. Inde est ꝗ oblato thure benedicto super altare si descendat thuribulis: ad clericos vel ad laicos aliud thus est apponendum et hominibus offerendum.

Secretum.

SAnctifica quesumus dñe deus noster trinitas sancta: per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam: et cooperante spiritu sancto per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum.

¶ Aliud secretum.

ADesto dñe supplicatiōibus nostris ꝛ hāc oblationē quam tibi offerimꝰ pro famulis tuis quos ad statū maturitatis et ad diē nuptiarū perducere dignatus es placatus ac benignus assume. Per. Prefatio Qui cū vnigenito. post Sanctus. prosternat se spōsus et sponsa in oratione ad gradū altaris erecto super eos pallio quod teneant quattuor clerici per quattuor cornua in supplicijs: nisi alter eorū prius fuerit despōsatus et benedictus quia tūc non habeatur palliū super eos nec dicatur sacramentalis benedictio vt postea patebit. Deinde dicto Per omnia secula seculorum. Amen. post Paternoster. anteꝗ dicitur Pax domini sit semper vobiscum. facta fractiōe eucharistie more solito dimissaqꝫ hostia in tribus fractionibus super patenam dicat sacerdos conuersus ad illos orationes sequētes sub tono lectionis illis interim genuflectentibus sub pallio sacerdote sic dicente.



Oremus.

In sponsalibus

PRopiciare domine supplicationibus nostris: et institutis tuis quibus propagationem humani generis ordinasti benignus assiste: ut quod te auctore coniungitur: te auxiliante



seruetur. Per christum dominum nostrum. Oremus.

DEus qui potestate virtutis tue de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis uniuersitatis exordijs homini ad imaginē dei facto ideo inseparabile mulieris adiutoriū cōdidisti: ut femineo corpori de virili dares carne principiū: docēs quod ex uno placuisset institui: nūq̄ liceret disiūgi. Hic incipit bñdictio sacramētalis

Deus qui tā excellenti misterio cōiugalē copulam cōsecrasti: ut christi et ecclesie sacramentū presignares in federe nuptiarū. Hic finitur benedictio sacramētalis. Deus per quē mulier iungitur viro et societas principaliter ordinata ea bene ✠ dictione donatur: que nec sola per originalis peccati penā / nec per diluuij est ablata sententiā respice. Respice propicius super hanc famulā tuā que maritali iungenda est cōsortio que se tua expetit protectione muniri. Sit in ea iugū dilectionis et pacis: fidelis et casta nubat in christo: imitatrixq̧ sanctarū permaneat feminarū. Sit amabilis ut rachel viro: sapiens ut rebecca: longeua et fidelis ut sara. Nihil in ea ex actibus suis ille auctor preuaricationis usurpet: nexa fidei mandatisq̧ permaneat uni thoro iūcta: contactus illicitos fugiat: muniatq̧ infirmitatē suā robore discipline. Sit verecūdia grauis: pudore venerabilis: doctrinis celestibus erudita. Sit fecunda in sobole: sit probata ꝛ innocēs: ꝛ ad optatam perueniat senectutē: et videat filios filiorū suorū usq̧ in tertiā ꝛ quartam progeniem: et ad beatorum requiem: atq̧ ad celestia regna




perueniat. Per dñm nr̄. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Notandū q̄ hec clausula. Deus qui tam excellenti mysterio. usq̧ Deus per quem mulier iungitur viro. Non dicatur in secundis nuptijs. vir enim aut mulier ad bigamiā trāsiens non debet

iterum a sacerdote benedici quia cum alia vice benedicti sint eorum benedictio non debet iterari: quia caro benedicta trahit ad se carnem non benedictam. ¶ Notandum est autem q͡ inhibitũ est per capitulum extra de secundis nuptijs: ne benedictio detur in secundis nuptijs quod etiã testatur beatus ambrosius qui ait. Prime nuptie a domino sunt constitute. Secunde vero permisse Prime nuptie sub omni benedictione celebrantur. Secũde vero carent omni benedictione. sed quia plures benedictiones sunt in nuptijs celebrandis scilicet in introitu ecclesie et super pallium: ⁊ post missam: et super thorum in sero que benedictio sit iterãda in secundis nuptijs et que non. ¶ Sciendum est quod in hac oratione que sic incipit. Deus qui potestatẽ virtutis tue de nihilo cũcta fecisti qui dispositis vniuer. ⁊c. Tres sunt benedictiones ibidem que idem habent principium. scilicet Deus. media autẽ est omittenda. scilicet ista. Deus qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti. vsq͡ Deus per quem mulier iungitur viro et societas principaliter ordinata. ⁊c. quia in ista benedictiõe agitur de vnitate christi et ecclesie que figuratur in primo matrimonio non autem in secundo: vnde apostol⁹ ad corinthios ait. Erũt inquit duo in carne vna. et hoc notatur extra de bigamis capitulo. Debitum et si vir vnius vxoris. Et hoc pro primo matrimonio: sed qui adheret pluribus dissoluit vnitatem vel fedus vnitatis: et ideo illa benedictio que agit de vnitate. scilicet. Deus qui excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti ⁊c. non dicetur in secundis nuptijs: et hoc est verum tam in viro bigamo: q̃ in muliere vidua: quia caro benedicta trahit ad se carnem non benedictam: sed omnes alie benedictiones sine orationes debent dici indifferenter secundum curiam romanam et secundum Hostiensem. et Thomam alquinum et Morandum doctorem. Et questio ista discussa erat et determinata in sacro palatio dñi pape et translata in angliam per magistrum ioannem haysted Anno dñi millesimo. CCC.xxj. et causa discussionis erat: quia multitudo sacerdotum tunc temporis ad sedem apostolicam conuolarunt causa optinende absolutionis beneficium pro benedictionibus in secundis nuptijs indiscrete collata. Ideo super hoc statuitur constitutio noua Joannis pape. xxij. que sic incipit.

Concertationi antique finem imponere cupiẽtes presenti declaramus edicto: quod licet vir vel mulier ad bigamiam vel ad secundas nuptias transierint benedici non debent cũ fuerint alias benedicti ꝗ si forsan alter eorum vel ambo essent ad secundas nuptias transeuntes et in primis nuptijs benedicti non fuerint danda est eis benedictio in secundis nuptijs. Sane volentes antiquum rigorem temperare concedimus quod presbyter qui secundas nuptias benedixerit scienter ad sedem apostolicã ex hoc venire minime teneatur: sed a pena suspẽsionis hoc casu a iure indicta: per suos possunt diocesanos absolui. Si qui vero iuxta opinionẽ quorundam hactenus ex se non reputantes suspensos ordines quoslibet seu quevis beneficia receperint: diocesani eorum a pena suspẽsionis predicta ipsos absoluere ac super executione ordinum: ⁊ retentione beneficiorum huiusmodi cum eis valeant licite dispẽsare. ¶ Hic queri potest quare secunde nuptie non benedicãtur. Ad hoc dico ꝗ secundum matrimonium ꝗuis in se consideratum sit perfectum sacramentum tamen in ordine ad primum sacramentum consideratum aliquid habet defectu sacramenti quia nõ habet plenam significationem: cum non sit vna caro sicut est in matrimonio christi et ecclesie: et ratione huius defectus benedictio a secundis nuptijs subtrahitur. Sed hoc est intelligendũ quando secunde nuptie sunt secunde ex parte viri et ex parte mulieris tantum. Si enim virgo contrahat cum illo qui habuit aliam vxorẽ: nihilominꝰ nuptie benedicũtur: saluatur ⁊ aliquo modo. Significatio autem in ordine ad primas nuptias: quia episcopus et si vnam ecclesiam habeat sponsam: habet tamen plures personas desponsatas in vna ecclesia: sed anima non potest esse sponsa alterius ꝗ christi: quia cum demone fornicatur: nec est matrimonium spirituale et propter hoc quando mulier secũdo nubit: nuptie non benedicuntur propter defectum sacramenti. ¶ Post hec vertat se sacerdos ad altare et dicat. Pax domini. et Agnꝰ dei. Tũc amoto pallio surgant ambo sponsus et sponsa: et accipiat spõsus pacem a sacerdote et ferat sponse osculans eam et neminem aliũ nec ipse nec ipsa: sed statim diaconus vel clericus a presbytero pacem accipiens ferat alijs sicut solitum est. Communio.



Alle luya al le lu ya. Postcommunio.

PRoficiat nobis ad salutẽ corporis et anime dñe deus hui⁹ sacramenti susceptio: et sempiterna sancte trinitatis eiusdemqꝫ indiuidue vnitatis confessio. Alia postcõmunio

QUesum⁹ omnipotẽs deus instituta puidẽtie tue pio amore prosequere: vt quos legitima societate cõnectis lõgeua pace custodias. Per dñm. Post missam benedicatur panis et vinum vel aliud quid potabile in vasculo et gustent in nomine domini sacerdote dicente. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic dñe panẽ istũ et hunc potũ et hoc vasculũ sicut benedixisti quinqꝫ panes in deserto et sex hydrias in chana galilee: vt sint sani ⁊ sobrij atqꝫ immaculati oẽs gustantes ex eis saluator mũdi. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo patre in vnitate spũs scti de⁹. Nocte vero sequẽte cũ sponsus ⁊ spõsa ad lectũ puenerint accedat sac. ⁊ bñdicat thalamũ dicẽs. Dñs vobiscũ. Orem⁹. Orõ

BEne ✠ dic dñe thalamũ istũ et oẽs habitantes in eo vt in tua pace cõsistant ⁊ in tua volũtate pmaneant ⁊ in amore tuo viuãt et senescãt et multiplicẽtur in longitudinẽ dierũ. Per.

¶ Item benedictio super lectum cum Dñs vobiscum. Oremus.

BEne ✠ dic dñe hoc cubiculum respice qui non dormis neqꝫ dormitas qui custodis israel: custodi famulos tuos in hoc

lecto quiescẽtes ab oĩbus fantasmaticis demonũ illusionib⁹: custodi eos vigilãtes vt in pceptis tuis meditẽtur dormiẽtes ꝛ te p soporẽ sentiãt: vt hic ꝛ vbiqꝫ defẽsiõis tue muniãtur auxilio. Per do. Deinde fiat bñdictio sup eos in lecto tñ cũ Oremꝰ. Bñdictio

B Ene ✠ dicat deus corpora vestra et animas vestras: ꝛ det super vos benedictionem sicut benedixit abraham ysaac ꝛ iacob. Amen ¶ Alia benedictio cum Oremus.

M Anus domini sit super vos mittatqꝫ angelum suum sanctum qui custodiat vos omnibus diebus vite vestre. Amẽ

¶ Alia benedictio cum Oremus.

B Ene ✠ dicat vos pater et filius et spiritus sanctus qui trinus est in numero: et vnꝰ est in numine. Amẽ. His peractis aspergat eos aqua bñdicta ꝛ sic discedat et dimittat eos in pace.

ORdo ad seruitium peregrinorũ faciendũ. In primis confiteantur peregrini de omnibus peccatis suis: deinde dicantur super eos corã altari prostratos psalmos et preces sequentes: et post vnũquemqꝫ psalmũ dicitur Gloria patri. ps. Ad te dñe leuaui. et ps. Miserere mei. Require in vigilia mortuorum. Psalmus

Q Ui habitat in adiutorio altissimi: in ꝓtectione dei celi cõmorabitur. Dicet dño susceptor meus es tu et refugium meũ deꝰ meꝰ sperabo in eũ. Quoniã ipse liberabit me de laqueo venantiũ: et a verbo aspero. Scapulis suis obũbrabit tibi: ꝛ sub pẽnis eius sperabis. Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die a negocio perambulãte in tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Cadẽt a latere tuo mille et decẽ milia a dextris tuis: ad te autẽ nõ appropinquabit. Verũtamen oculis tuis cõsiderabis: et retributionẽ peccatorũ videbis. Quoniã tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuum. Non accedat ad te malũ: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiãt te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et draconẽ. Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegã eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me exaudiam eum: cum

ipso sum in tribulatione eripiã eum et glorificabo eum. Longitudine dierũ replebo eum: et ostendã illi salutare meũ. Gl'ia pri. Kyrieleyson. Christel'. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos Sed libera nos. Ego dixi domine miserere mei Sana animam meã quia peccaui tibi. Vias suas dñe demonstret tibi. Et semitas suas doceat te. Gressus tuos dñs dirigat secundũ eloquium tuũ: vt nõ dominẽtur tibi omnes iniustitie. Utinam dirigãtur vie tue. Ad custodiendas iustificationes dñi. Perficiat dñs gressus tuos in semitis tuis. Ut non moueantur vestigia tua. Benedictus dñs deus die quotidie prosperum iter faciat tibi. De⁹ salutarium tuorum. Angelus dñi bonus comitetur tecum. Et bene disponat itinera tua et actus tuos vt iterum cum gaudio reuertaris ad propria. Beati immaculati in via. Qui ambulant in lege domini. Nihil proficiat inimicus in te. Et filius iniquitatis non apponat nocere tibi. Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum. Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Adesto dñe supplicatiõib⁹ nostris et viã famuli tui N. in salutis tue prosperitate dispone: vt oẽs vie et vite hui⁹ varietates tuo semp ptegãtur auxilio. Per christũ. Oremus. Orõ

Deus qui ad vitã ducis et confidentes in te paterna protectione custodis q̃sumus: vt huic presenti famulo tuo N. a nobis egredienti angelicũ tribuas comitatũ: vt auxilio tuo protectus: nullius mali concutiatur formidine: nullo comprimatur aduersitatis languore: nullis irruentis inimici molestetur insidijs: sed spacijs necessarij itineris proprio gressu peractis: proprijsq; locis restitutus recipiatur sospes: ac debitas exsoluat tuo nomini gratias. Per christũ dñm nostrum. Oremus. Oratio.

Deus qui diligentibus te misericordiam tuam semper impendis & a seruientibus tibi nulla es regione longinquus dirige viam huius famuli tui N. in volũtate tua vt te protectore te duce per iusticie semitas: sine offensione gradiatur. Per dominum. Hic surgant peregrini a prostratione & benedicat sacerdos peras et baculos suos dicens. Dñs vobiscũ. et Orem⁹. Oratio.

Peregrinorū seruitiū.

DOmine iesu christe qui ineffabili tua miseratione ac patris missione spiritusq; sancti cooperatione de celo descendere voluisti: ouemq; perditam diabolica seductione voluisti querere: atq; proprijs humeris ad celestis patrie gregem referre: quiq; precepisti filijs matris ecclesie orando petere bene viuendo querere: ac pulsando perseuerare: vt citius inuenire valeant salutaria premia vite: te humiliter imploramus: quatenus sanctificādo bene ✠ dicere digneris hanc peram et hunc baculum: vt quicunq; eam in tui nominis amore ad instar humilis armature lateri suo applicare: atq; collo suo suspendere: siue in manibus suis gestare: sicq; peregrinando suffragia sanctorum humili comitante deuotione studuerint querere: dextere tue protecti numinine peruenire mereātur ad gaudia mansionis eterne: per te saluator mundi. Qui cū patre et spiritu sancto viuit et regnat in vnitate spūs. ⁊c.

¶ Hic aspergat aquam benedictam super peras et baculos et ponat singulis peregrinis peram ad collum dicens.

IN nomine dn̄i nostri iesu christi accipe hanc peram habitū peregrinationis tue vt bene castigatus et saluatus peruenire merearis ad limina sanctorum quo pergere cupis: ⁊ peracto itinere tuo: ad nos reuertaris incolumis. Per eundē dominū. ⁊c.

Deinde tradat singulis eorum baculum ita dicens.

ACcipe hunc baculum sustētationis itineris ac laboris peregrinatiōis tue vt deuincere valeas oēs cateruas inimici et peruenire securus ad limina sctōꝝ quo ꝑgere cupis ⁊ peracto obediētie cursu ad nos reuertaris cū gaudio. Per d. Si vero aliq̄ illorū profecturi sunt hierusalē: tūc habeāt ipsi vestes cū cruce signatas ⁊ benedicātur cruces hoc modo. cū Dn̄s vobiscū. Oremꝰ

DEus inuicte potentie pietatis immense atq; peregrinantium totius consolationis auxilium qui famulis tuis victricia arma tribuis quesumus: vt has cruces deuote humilitatis bene ✠ dicere digneris: vt venerande crucis vexillum cuius in eis est designata figura: sit inuictissimum robur seruorū tuoꝝ contra antiqui hostis nequissima tentamenta: sit in via defensio sit in domo protectio: sit vbiq; presidium. Per. ¶ Hic aspergatur aqua benedicta super cruces: et detur singulis peregrinis sic profecturis vestis cum cruce signata dicente sacerdote.

Accipe vestimentū cruce dñi nr̄i saluatoris signatū vt per illud salus: benedictio ꝫ virt⁹ prospere proficiēdi ad sepulchrū ipsius tibi comitetur. Qui cū deo ꝛc. His finitis dicatur missa pro iter agētibus. Ad missam officium hoc modo incipitur.



Esto mihi in de um protecto rē ꝫ in locū refugi j

vt saluū me faci as quoniā firmamentū me um et refugiū

meum es tu et propter nomē tuum dux mihi e ris et enu

tries me. In tem pore paschali. alle lu ya alle lu ya. ps. In te dñe

sperauj nō cōfūdar in eternū: in iustitia tua libera me et eripe me

Adesto domine supplicationibus nostris et viā famuli tui N. in salutis tue prosperitate dispone: vt inter omnes vie et vite huius varietates tuo semꝑ protegatur auxilio Per dominum nostrum iesum christum. Oratio. ¶ Lectio libri genesis.

In diebus illis. Locutus est abraham dicens. Dominus deus celi qui tulit me de domo patris mei et de terra natiuitatis: qui locutus est mihi et iurauit dicens. Semini tuo dabo terram hanc: ipse mittet angelum suum corā te. Graduale.

Esto mihi in deum pro te cto rem et in

lo cũ re fu gi s vt sal uũ me fa

cias. ℣ Deus in te spe

raui do mine nõ cõfun dar

in eter num. Repetatur graduale.

Allelu ya. ℣ Qui ti


ment do minum spe

rent in e um adiu tor et pro te


ctor eo rum est.

Si in tempore pascha-
li contigerit: tunc erit
secundũ Alleluya. vnũ
ex sequentibus.

Alle lu ya.











ya. Surrexit altissimus. vel. Alleluya. Christus mortuus est. Require in gradualibus. Euangelium. Secundum Matheum.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Euntes predicate dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mundate: demones eijcite: gratis accepistis gratis date. Nolite possidere aurum neq; argentum in zonis vestris. Non peram: non calciamenta: neq; duas tunicas habeatis: neq; virgam. Dignus est operarius mercede sua. In quãcunq; autem ciuitatem aut castellum intraueritis interrogate quis in ea dignus sit. Et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem domum: salutate eam dicentes. Pax huic domui. Et si quidem illa domus fuerit digna: maneat pax vestra super eam. Si autẽ non fuerit domus digna: pax vestra super vos reuertetur. Et quicũq; non receperit vos: nec audierit sermones vestros: exeuntes de domo vel de ciuitate: excutite puluerẽ de pedibus vestris super eã. Amen dico vobis tollerabilius erit terre sodomorum & gomorreorum in die iudicij q̃ illi ciuitati. Offer.





mi ne quoni am non de re linquis querentes



te psal li te do mi no qui ha bitat



in sy on quoniam non est obli tus oratio nem



In tem pore pa- schali. Hic offerāt peregrini.

paupe rum. Alle lu ya. Secreta.


PRopiciare quesumus domine supplicationibus nostris et has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis benignus assume: vt viam illorum precedente gratia tua dirigas: et subsequente comitari digneris: vt de actu atq; incolumitate eorum secundum misericordie tue presidia gaudeamus: Per dn̄m.



Cōio. Tu mādasti mandata tu a custodi ri nimis vti



nam dirigātur vie me e ad custo dien das iusti fica



In tem pore pa- schali dicitur.

tio nes tu as. Alle lu ya al le lu ya. Postcōio.

Sumpta q̄s dn̄e celestis mysterij sacramenta ad prosperitatem itineris famuli tui proficiant: et eū ad salutaria cūcta perducāt. Per do. Post missam dicat sacerdos has oratio=

nes sequentes super peregrinos coram altare prostratos: siue profecturi sint hierusalem: siue ad sanctum iacobum vel ad aliam peregrinationem cum Dominus vobiscũ. et cum Oremus. Oratio.

DEus infinite misericordie et maiestatis immense: quẽ nec spacia locorum: nec interualla temporum ab hijs quos tueris abiungunt respice adesto famulis tuis et presta vt in te vbiqꝫ confitentibus: et per omnẽ quam ituri sunt viam dux eis et comes esse dignare nichil illis aduersitatis noceat: nichil difficultatis obsistat: cũcta eis sint salubria: cũcta sint ꝓspera: vt sub ope misericordie tue quicquid iuste petierint desiderio celeri: et prosperi cõsequantur effectu. Per christũ. Alia oratio cum Oremus. Oratio

OMnipotens deus qui est via veritas et vita: iter tuum in beneplacito tuo disponat: angelum suum raphaelem in hac peregrinatione tui custodem adhibeat: que ad loca desiderata cũ pace eundo te perducat: et cum salute iterum te ad nos redeundo reducat. Sit interuentrix tui beata dei genitrix maria: cum vniuersis angelis et archangelis patriarchis quoqꝫ et prophetis: sint intercessores tui sancti apostoli petrus et paulus cum ceteris apostolis martyrib⁹ cõfessoribus atqꝫ virginib⁹: obtineantqꝫ tibi sancti quorum queris vestigia cum omnibus sanctis iusta desideria et prosperitatem remissionemqꝫ omnium delictorũ ac vitam eternam. Per dominum nostrum. Deinde communicẽtur ita et recedãt in nomine domini. ¶ Benedictio ensis noui militis fiat hoc modo interim genuflectente ipso milite coram altari primo dicat sacerdos sine nota. Dñs vobiscum et Oremus. Oratio.

DEus cũctorũ in te sperãtiũ protector adesto supplicationibus nostris et cõcede huic famulo tuo qui sincero corde gladio se primo nitit̃ precingere militari: vt ĩ omnibus galea tui virtutis sit ptectus: et sicut dauid et iudith cõtra gẽtis sue hostes fortitudinis potẽtiã victoriã tribuisti ita tuo auxilio munitus contra hostiũ suorũ seuitiam victor vbiqꝫ existat et ad sancte ecclesie tutelam pficiat. Per xp̃m dñm nr̃m. Amẽ. ¶ Alia orõ cũ Oremus.

DEus qui trinos gradus hostiũ post lapsũ ade in toto orbe terrarũ cõstituisti quo plebs tua fidelis immunis ab omi impetu nequicie secura et quieta ꝑmaneret: adesto supplicatiõibus nostris ꝫ hũc ensem quẽ inuocatiõe tui sanctissimi noĩs bñdictiõe

bene ✠ dicere dignare: vt famulus tuus cui eum te largiẽte concedimus ac accingimus sic eo vtatur. Hic succingat sacerdos militem cum ense. quatinus et hostes ecclesie insidiantes reprimat et seipsum ab omni inimico tua ꝓtectione potẽter defendat. Per christum. ¶ Deinde aspergat sacerdos militem ense succinctum aqua benedicta et recedat miles in nomine dñi. ¶ Bñdictio carnium in die pasche cum Dominus vobiscum. et Oremus. Orõ.

DEus celi terreqꝫ dominator / qui das escam omni carni / et imples omne animal benedictione bene ✠ dic et sancti ✠ fica hanc creaturam carnis vt nobis dona tua sumentibus anime et corporis sanitatem concedas. Per christum dominum nostrum. Amen. ¶ Alia oratio cum Oremus. Oratio.

DEus qui vniuerse carnis es conditor / qui noe et filijs suis de mundis et inmũdis animalibus precepta dedisti quiqꝫ sicut olera herbarum humano generi quadrupedia munda edere permisisti / et qui agnum in egypto moysi et populo tuo in vigilia pasche comedere precepisti in figura agni domini nostri iesu christi cuius sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti et nocte illa omne primogenitum in egypto percutere precepisti seruans populum tuum agni sanguine prenotatũ: dignare domine deus omnipotẽs: benedi ✠ cere et sancti ✠ ficare has carnes vt quicunqꝫ ex populo tuo fideli ex illis comederint omni benedictione celesti et gratia tua saturati repleantur in bonitate / per quem hec omnia domine condita sunt et ab initio creata saluator mundi. Qui viuis et regnas cũ deo patre in vnitate spiritus sancti deus. ₰c. Hic aspergatur aqua benedicta sup carnes. ₰c. ¶ Benedictio carnis casei butiri ouorum siue pastillarum in pascha cum Dominus vobiscum et Oremus. Oratio.

DOmine deus oĩs / qui fecisti et creasti cuncta viuentibus tue largitatis alimoniã humanũqꝫ genus spiritualibusqꝫ escis ac poculis tuorũ preceptorũ terrenisqꝫ substantijs tuorũ donorũ indesinẽter reficis: te oĩpotentẽ deũ obnixe petimus / vt hec dona tua carnis casei butiri vel ouorũ siue cuiuscũqꝫ alterius cibi que tu ipse creasti ₰ nobis donasti ꝑpetua claraqꝫ benignitate scĩficare ac bñ ✠ dicere digneris: vescẽtibus ex eis largã tue benedictionis sanitatẽ in visceribus eorũ clemẽter collata ₰ ꝓsentis vite

sospitatē et future beatitudinē misericorditer indulge. Per dñm.
¶ Deinde aspergat sacerdos aquā benedictā. ¶ Benedictio nouorum fructuū quorūcunqꝫ cū Dñs vobiscū. et Oremus. Oratio

Domine sancte pater omnipotens eterne deus qui bñdixisti quinqꝫ panes in deserto et duos pisces vnde saturati sūt quinqꝫ milia hominum: sic bene ✠ dicere et sanctificare digneris hunc fructum quē accipimus in tuo sancto nomine et filij tui domini nostri iesu christi vt qui sumpserint ex eo accipiant saturitatē mētis: protectionē corporis: tutelā salutis et securitatē ſpei: corroborationē fidei: et eternitatē spiritus sancti. Per eundē do. In vnitate eiusdē. Hic aspgat aqua bñdicta. ꝛc. ¶ Bñdictio ad omnia quecunqꝫ volueris cū Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

Creator et cōseruator humani generis dator gratie spiritalis largitor eterne salutis: tu dñe mitte spiritū sanctū tuū sup hanc creaturā N vt armata virtute celestis defensionis quicūqꝫ ex ea gustauerint pficiat illis ad salutē ꝙ tā corporis quā anime recipiant sanitatē. Per dñm. Hic aspergat aqua benedicta super ea. ¶ Bñdictio seminis cū Dñs vobiscū. et Oremus. Oratio

Omnipotens sempiterne deus creator generis humani suppliciter tuam clementiam exoramus: vt hoc semen quod in tuo sctō noīe serēdi sumus in agros nr̄os celesti bñdictiōe bñ ✠ dicere et multiplicare digneris atqꝫ ad maturitatē perducere vt per vniuersum orbem terrarum collaudentur dextera tua. Per dominū nostrū. ¶ Deinde aspergat aqua benedicta super semen
¶ Bñdictio pomoꝝ in die sci iacobi cū Dñs vo. et Oremus. Orō

Dominē sancte pater omnipotens eterne deus qui ad instrumi mūdi ornatum die tercia lignum pomiferū facere fructum in primo precepisti: quiqꝫ amarum vetiti pomi saporem antiqui serpentis suaue a patribus nostris gustatum vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi passione salutari non sentire posteros filios naturaliter voluisti a quo sanitas et omne medicamentum venit quesumus inenarrabilem pietatem tuam: vt hunc nouorum pomorum fructum tuo conspectui oblatum: bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris: quatinus sancti apostoli tui iacobi et martyris tui christophori quorū hodie festa celebramus omniumqꝫ sanctorum tuorum meritis ac precibus quicunqꝫ fideles tui

cum gratiarum actione ex eo gustauerint sanitatem mētis et corporis operante in eis spiritu sancto percipere mereantur. Per eundem dominū. In vnitate eiusdem spūs scti deus. &c. Item benedictio pomorum cum Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

TE deprecamur omnipotens deus/ vt bene ✠ dicas hunc fructum nouum pomorum vt qui esu arboris letalis et pomo in primo parente iusta funeris sententia mulctati sumus: per illustrationē vnici filij tui redemptoris dei ac dn̄i nostri iesu christi et spiritus sancti benedictione sanctificata sint omnia atq̧ benedicta depulsisq̧ primi facinoris intētatoris insidijs salubriter ex huius diei anniuersarijs solēnitate diuersis terris edendis germinibus sumamus. Per eundem dominū. In vnitate eiusdem. ¶ Deinde sacerdos aspergat ea aqua benedicta. ¶ Benedictio elemosyne cum Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

DEprecor te domine sancte pater omnipotens eterne deus/ vt istam elemosynā bene ✠ dicere ꝛ sanctificare digneris pro anima famuli tui N. ad remediū et remissionē peccatorū suorum: vt in luce tue amenitatis sine fine letetur. Per dominū no. Deinde aspergat sacerdos super eam aquam benedictam. ¶ Benedictio panis in diebus dn̄icis. In primis sacerdos legat euangelium secundū iohannē. In principio. et postea dicat. V. Sit nomen domini benedictum. R. Ex hoc nunc et vsq̧ in seculū. Deinde dicat sic. Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic dn̄e creaturā istā panis sicut benedixisti quinq̧ panes in deserto vt oēs ex eo gustantes tam corporis quam aīe accipiāt sanitatē. In noīe patris et fi. Tūc aspergat aqua benedicta super panem et distribuatur. ¶ Benedictio scuti et baculi ad duellum faciēdum. In primis dicat sacerdos prostratus ante altare psalmos sequentes cū Gloria patri. pugnaturo interim genuflectente retro sacerdotem. ps. Deus in adiutorium. require in visitatione infirmorū. ps. Benedicā dominū. ps. Iudica domine nocentes. ps. Qui habitat. vt s. in officio peregrinorum. ps. Quicūq̧ vult. an. Ne reminiscaris dn̄e delicta nostra Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Dn̄e non secūdum pctā nostra facias nobis. Neq̧ secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Dn̄e ne

memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. Cito antici=pent nos misericordie tue quia pauperes facti sumꝰ nimis. Ad iuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriã nõis tui domi ne libera nos et propitius esto pctis nostris propter nomẽ tuum. Saluum fac seruũ tuũ. Deus meus sperantẽ in te. Mitte ei do=mine auxiliũ de sancto. Et de syon tuere eũ. Esto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Conuertere dñe vsqꝫquo. Et depre cabilis esto sup seruum tuũ. Domine exaudi orationem meam Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscũ. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui mũdum ex informi mate ria fecisti et vnicum filium tuum tibi coeternum pro gene=ris humani redẽptione spiritu sancto cooperante incarnari atqꝫ de hoste antiquo triumphare fecisti te suppliciter petimus: vt hoc scutum atqꝫ baculum istum dextera potentie tue bene ✠ dicere di gneris: vt sint arma inuincibilia respice atqꝫ triumphare poten=tia te adminiculante victricia: quatinus quicunqꝫ his armis pu gnauerit tua protectione munitus tam corporis quam anime sa lutem percipiat atqꝫ victoriosum de hoste portans tropheũ bel=lo peracto: tibi creatori omnium gratias referat cum filio tuo do mino nostro iesu christo qui tecũ et cũ eodẽ spũ sctõ vi. et reg. deꝰ per oĩa. ₰c. Hic aspergat sacerdos scutũ et baculũ aqua benedicta deinde resurgente pugnaturo: tradat ei sacerdos scutũ dicendo. Accipe hoc scutũ ad corporis tui protectionẽ. In noĩe patris. ₰c. Itẽ dicat sacerdos. Protegat te christus filius dei viui amẽ. Dein de tradat ei sacerdos baculũ dicẽs. Accipe hũc baculum ad hoc duellũ preparatũ cũ quo valeas tibi rebellãtẽ prosternere et resur gẽtẽ conterere habeasqꝫ victoriã. In nomine patris. ₰c. Deinde tenens pugnaturus scutũ et baculũ iterũ genuflectat coram al=tari dicẽte sup eũ sacerdote. Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

Confortator et corroborator sustentamentumqꝫ tuorum fi delium adonay indeficiens interminabilis: inenarrabilis pater eterne deus: qui gentes magnas et reges fortes coram po=pulo tuo israel destruxisti et vicisti quiqꝫ puero tuo dauid de gigã te te blasphemante: atqꝫ in sua virtute confidente triũphare con=cessisti: te supplices exoramus: vt hunc famulum tuum. N. in te confidentem benedicere: adiuuare protegere: confortare et con=

seruare: atq; sanctorum tuorum angelorum presidio eum valla-
re digneris. presta ei domine fidem rectam: spem firmam: cordis
fiduciam. corporis fortitudinem: omniumq; membrorū valitudi
nem: quatinus te adiuuante hostem prosternere / atq; victoriam
capescere mereatur tibiq; soli deo omnipotenti bello triumphali-
ter peracto gratias et laudes referat. Per christū dominū nostrū
Deinde sacerdos dans ei benedictionem dicat hoc modo.

Confortare et esto robustus spera in domino fac bonitatē
et noli obliuisci omnes retributiones eius ipse det tibi vitā
et victoriam et bene ✠ dictionem in seculum seculi amen. Bene
✠ dicat te deus pa. amē. Custodiat te iesus christus. amē. Cō
fortat te spiritus sanctus amen. Prestet tibi victoriam trinus
et vnus deus. Qui viuit et regnat per oia secula seculorū. Amen
Deinde aspergat sacerdos eum aqua benedicta et ita recedant
in nomine domini. ¶ Benedictio oculorum infirmorum potest
fieri in hunc modum si necessitas inducat ꝗ deuotio alicuius illā
deposcat. In primis genuflectat infirmus coram altari. deinde
dicat sacerdos. Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Domine iesu christe q aperuisti oculos ceci nati: serena hu-
ius famuli tui oculos dans in eis visum perspicacē suffici
entē ydoneū cōpetentē in obsequiū tuū per virtutē hui⁹ sacramē
ti et per signū sancte crucis tue. hic signet sacerdos oculos infir-
mi signo sancte crucis cū corporalibus et cū eisdē vētilet in ocu-
lis eius dicēs. In noie patris et filij et spiritus scti amē. ¶ Bene
dictio nauis cū. Dns vobiscum. et cum Oremus. Oratio.

Deus cuius prouidentia vniuersa reguntur et conseruan-
tur: qui dominaris potestatis maris et mitigas motū flu
ctuum eius: qui noe famulo tuo ne genus humanū tuum periret
in diluuio archam facere precepisti qui ventis et tempestatibus
imperas et obediunt qui petrū super aquas maris ambulantem
ne mergeretur erexisti: tuā dn̄e clemētiā obnixe petimus et humi
liter imploramus: quatinus hāc nauiculam per virtutem sancte
crucis: et per intercessionem et gloriose marie semper virginis/
et omnium sanctorū tuorum tua dextera digneris bene ✠ dice-
re omnesq; insidias hostium visibilium et inuisibilium ab ea re-
pellere: vt in ea sub tua protectione nauigantes: nullis illudātur

fantasmatibus: nullis deijciantur aduersis: non eos vorago terribilis sorbeat: non tempestas impellat: nõ frangat scopulus: nõ inuadat aduersarius: sed vniuersis expedita terroribus: nomen tuũ collaudãtes: ad propria cũ gaudio reuerti mereanẽ: per te saluator mũdi: qui cũ deo patre et spiritu sctõ viuis et regnas deus: per oia scl'a sclo℞. Amẽ. Deinde aspergatur nauis aqua bñdicta.

Omni die per annum de quocunqꝫ fiat seruitium nisi in diebus veneris et quando ieiunium est preceptum vt in vigilijs quatuor temporibus et ferialibus diebus infra quadragesi. et nisi per ebdomodam pasche dicãtur benedictiões ante prãdiũ. hoc modo. In primis dicat sacerdos. Benedicite. ℟. Dominus ps. Oculi omniũ in te sperant dñe: et tu das escam illorum in tẽpore oportuno. Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Gloria patri. Sicut erat. Kyrieleyson. Xpeeleyson Kyrieleyson. Pater noster. Deinde dicat sacerdos. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. ℟. Sed libera nos a malo. sacerdos Oremus. Bene✠dic dñe nos et dona tua que de tua largitate sumus sumpturi. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Lector. Jube domine benedicere. sacerdos. Mẽse celestis participes faciat nos rex eterne glorie. Amen. Lector. Deus charitas est ꝫ qui manet in charitate in deo manet ꝫ deus in eo sit deꝰ in nobis ꝫ nos maneamꝰ in ipso. ℟. Amẽ. Hec predicta lectio nõ mutatur per totum annum quando predicte bñdictiones dici debent ante prandium nisi in dominicis paschalis temporis tantũ tunc enim dicatur sequens lectio. Expurgate vetus fermẽtum vt sitis noua conspersio sicut estis azimi: etenim pascha nostrum immolatus est christus: itaqꝫ epulemur in dño. Deinde post prandiũ dicat sacerdos hoc modo. Deus pacis et dilectionis maneat semper nobiscum: tu autem domine miserere nostri. ℟. Deo gratias. ps. Confiteantur tibi domine omnia opera tua: et sancti tui benedicant tibi. Gloria patri. Sicut erat. Deinde dicat sacerdos capitulum. Agimus tibi gratias omnipotens deus pro vniuersis beneficijs tuis qui viuis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen. Deinde dicatur sequens ps. sacerdote incipiente. Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniã confirmata est super nos misericordia eius

et veritas domini manet in eternum. Gloria patri. Sicut erat. Kyrieleyson Christe eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Dispersit dedit pauperibus. Justicia eius manet in seculum seculi. Benedicam dominũ in omni tempore. Semper laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea. Audiant mansueti et letentur. Magnificate dominum mecum. Et exaltemus nomen eius in idipsum. Sit nomẽ domini benedictum. Ex hoc nunc et usqȝ in seculum. Deinde dicat sacerdos sine orem⁹. Retribuere dignare dñe deus omnibus nobis bona facientibus propter nomẽ sanctũ tuũ vitã eternã. Amen. Benedicamus domino. Deo gratias. Deinde dicat sacerdos de sancta maria aliqua antiphona ad placitũ cum versiculis et oratione de eadẽque magis tẽpori cõueniãt qb⁹ dictis: dicat̃ p fidelibus defunctis. ps.

De profundis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes: in vocẽ deprecationis mee. Si iniqtates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. Quia apud te ppiciatio est: et ppter legẽ tuã sustinui te dñe. Sustinuit aĩa mea in verbo eius: sperauit anima mea in dño. A custodia matutina usqȝ ad noctem: speret israel in dño. Quia apud dominum mĩa: et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. finito psalmo nõ dicatur. Gloria patri sed statim sequatur. Kyrieleyson. Xpe leyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Requiem eternam dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue domine aĩas eorũ. Credo videre bona dñi. In terra viuentiũ. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Absolue quesumus dñe aĩas famulorũ famularũqȝ tuarũ parentũ parrochianorũ amicorũ et benefactorũ nostrorũ et oĩm fideliũ defunctorũ vt ĩ resurrectiõis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitati respirent. Per xpm dominum nostrum. Amen. Requiescant in pace. Amen. Deinde dicat sacerdos. Benedicite. ℞ Dominus. sacerdos. Det viuis gratiam defũctis misericordiam ecclesie et regno pacem: et nobis vitam eternã. Amẽ Et dicatur psalmus. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exau. in fine gratiarum post prandium omne die per annũ de quocũqȝ fiat seruitium nisi in duplicibus festis principalibus. Ante cenã

vero per totū annū fiant bñdictiones hoc modo sacerdote dicēte **Benedicite.** ℟. **Dominus. Cenā sanctificet qui nobis omnia prebet. In nomine patris ✠ et filij et spiritus sancti amen.** Deinde post cenā per totum annum nisi per ebdomadā pasch. dicat sacerdos hoc modo **Benedictus deus in donis suis.** ℟. **Et sanctus in omnibus operibus suis. Adiutoriū nostrum in nomine domini.** ℟ **Qui fecit celum et terram. Sit nomen domini benedictū.** ℟. **Ex hoc nūc et vsqꝫ in seculum.** sequatur oratio sine. **Oremus.** sic **Retribuere dignare.** cū antiphona de sancta maria vt supra post prandiū. Nisi ꝙ eni dicatur ps. **De profundis.** post cenā scḋm vsū sarū. Quādocūqꝫ fuerit ꝙ ieiuniū est ꝑceptū vt in vigilijs ⁊ quatuor tēporibus et in oībus ferialibus diebus īfra quadragesi. de quocūqꝫ fiat seruitiū dñicis diebus tantū acceptis ac in omni die veneris per annū. quodcūqꝫ festū duplex vel simplex ibidē cōtigerit nisi in die natalis dñi et per ebdomadā pasche. dicanť benedictiones ante prandiū hoc modo. **Benedicite** ℟. **Dñs. Edēt pauperes et saturabūtur ⁊ laudabūt dñm qui requirūt eū viuent corda eorū in seculū seculi. Gloria patri. Sicut erat. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos a malo. Oremus. Benedic dñe nos.** vtš. **Jube dñe benedicere.** sacerdos. **Cibo spiritualis alimonie reficiat nos rex eterne glorie. amen.** lecť. **Gratia dñi nostri iesu christi et charitas dei et cōmunicatio sancti spiritus sit semper cū omnibus nobis amē** Hec predicta lecť. nō mutatur ꝑ totū annū quando iste bñdictiones diei debēt ante prādiū nisi in ferialibus diebus infra quadragesi. tūc eni dicať hec lectio. **Frāge esurienti panē tuū et egenos vagosqꝫ induc in domū tuam cū videris nudū operi eum: et carnem tuā ne despexeris ait dominus omnipotens.** Similiter in vigilia pasche dicitur hec lectio. **Si consurrexistis cum christo que sursum sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens.** Deinde post prandiū dicat sacerdos hoc modo. **Deus pacis et dilectionis.** vtš. ps. **Memoriam fecit mirabiliū suorum misericors et miserator dominus: escam dedit timentibus se. Gloria patri. Sicut erat.** Cpm **Agimus tibi gratias.** ps. **Laudate dominū omnes Quoniā cōfirmata.** vtš. Iste psalmus predictus nō mutať per totū annū nisi in ferialibus diebus īfra quadragesimā. tūc enim

loco eius dicit. ps. Miserere mei. j. per totam quadragesi. de quo-
cūqꝫ sit seruitiū et ratio quia huiusmodi benedictiones sunt de na
tura temporali et non sctōꝝ. Deinde fiant oīa vt s̄ post prandiū
in alio tēpore. Tamē in vigi. pasche nō dicit. ps. Miserere. sed ps.
Laudate dn̄m oēs gē. quo dicto dicat sacerdos. Dn̄s vo. ꝛ Ore

Spiritum in nobis dn̄e tue charitatis infunde: vt quos
sacramētis paschalibus saciasti: tua facias pietate concor-
des. Per eundem dn̄m nostrum iesum christum filiū tuum. ꝗ. in
vnitate eiusdem spiritus sancti deus per omnia secula seculorum
Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Benedicamus
dn̄o. Deo gratias. In die pasche et per totam ebdomadam fiāt
benedictiones ante prandium hoc modo. Benedicite dominus.
Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. Gloria
patri. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Pater noster.
Et ne nos. Sed libera nos. Oremus. Benedic domine nos. Iu-
be domine benedicere. Mense celestis. lect. Expurgate vetus fer-
mentum. vt s̄. Deinde post prandium dicat sacerdos hoc modo.
Qui dat escam omni carni confitemini deo celi tu autem domine
miserere nostri. Deo grās. ps. Laudate dn̄m oēs gētes. Qm̄ cō
firmata est super nos. Gloria patri. Sicut erat. ℣. In resurrectio
ne tua christe. ℟. Celi et terra letent. alleluya. Dn̄s vobiscū. Ore
mus. Spiritum in nobis. vt s̄. Benedicamus dn̄o. Deo gratias.
ante cenā fiant bn̄dictiones. vt s̄. deinde post cenā dicat hoc mo-
do Hec dies quam fecit dominus. ℣. In resurrectione tua christe
℟. Celi et terra letentur. Dominus vobiscum. Oremus. Spiri-
tum in nobis domine. vt s̄. Benedicamus domino. Deo gratias

Qualiter hii qui ad ordinē anachoritarū accedūt: accedere
siue se habere debeāt sequētia scdm̄ vsum sarū declarabūt
Non oportet quemꝗ̄ inclusum fieri sine episcopi consultu sed ab
ep̄o aut aliquo alio presbytero erudiatur ac moneatur quatin⁹
ipse deuot⁹ cōsciētiā suā scrutet ac videlicet vtrū bona intētione
aut mala sanctitatē appetit: si deo placere aut lucrū siue laudē hu
manā acqrere affectat deniqꝫ an vires ei an cōstātia mētis suppe
tāt cōtra maligni hostis versutias: et cōtra hui⁹ mūdi innumera
biles molestias. Que cū se ꝓ regno dei toleraturū et in deo solo
spē positurū ꝓmiserit includat eū episcop⁹ aut presbyter iussu epis

copi. Ipse vero iclusus discat nõ supbe sapere qm meruit frequẽtia hoim separari: sed infirmitati sue poti⁹ credat esse puisũ aut ɔsultũ q̃ elõgatus est a ɔsortio primorz ne crebrius peccãdo ac se pditioni mãcipãdo cohabitãtes eni ɔtaminaret ⁊ ob hoc in dãnationẽ grauiorẽ icideret. Reputet ergo se iclusus quasi pctis dãnatũ ⁊ celle solitarie velut carceri traditũ ⁊ pp̃ter ifirmitatẽ pp̃riã hoiz cõsortio idignũ. Hec regula in vtroq₃ sexu seruet̃. ¶ Incipit ordo famulos vel famulas dei icludẽdi. Hic puideat sibi q̃ icludẽdus est q̃ de oib⁹ pctis suis q̃ memorie sue occurrere possint sit cõfess⁹ ⁊ q̃ i die diẽ iclusiõis pcedẽte pane ⁊ aqua tm̃ reficiatur. In nocte vero seq̃nte i monasterio iclusorio suo vicino cũ cereo suo accẽso deuote i orõnib⁹ vigilare tenet̃. In crastino fc̃tã exhortatione ad pp̃lm ⁊ ad eũ qui includẽdus est: eps vel sacerdos incipiat hoc respõso.

Emendemus. Chorus p sequatur. in me li us que ignoran ter pec caui mus ne su bi to preoccu pati di e mortis queramus spaci um peniten ti e et inueni re non possu mus. Attende domi ne et mise re re quia pecca ui mus ti bi. ℣. Adiuua nos deus salutaris no ster et propter glori ã nominis tu i domine



¶ Postea prosternens se eps vel sacerdos super tapetũ ante altare cũ clericis incipiat hos pos. Dñe ne in furore. j. Domine dñs noster. cum Gloria patri. Psalmus.

Exaudiat te dñs i die tribulatiõis: protegat te nomẽ dei iacob. Mittat tibi auxiliũ de sctõ: et de syon tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui: et holocaustũ tuũ: pingue fiat. Tribuat tibi scdm cor tuũ: ⁊ omne cõsiliũ tuũ cõfirmet. Letabimur in salutari tuo: et in noie dei nostri magnificabimur. Impleat dñs omnes petitiones tuas: nũc cognoui quoniam saluũ fecit dominus christũ suũ. Exaudiat illũ de celo sancto suo: in potẽtatibus salus dextere eius. Hij in curribus et hij in equis: nos autẽ in nomine dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sũt et ceciderũt nos autẽ surreximus et erecti sumus. Domine saluũ fac regẽ: et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Gloria patri. ps. Beati quorum. ps. Iudica domine nocentes me: expugna. ⁊c. ps. Domine ne in furore ij. ps. Beatus qui intelligit. ps. Iudica me deus et discerne. ps. Miserere mei deus secundum. ps. Domine exaudi orationem meam. j. Psalmus.

Benedic anima mea dño: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino: et noli obliuisci omnes tribulationes eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat oẽs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitã tuam: qui coronat te in misericordia ⁊ miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuũ: renouabitur vt aquile iuuẽtus tua. nõ dicitur vlterius. ps. De profũdis. ps. Domine non est exaltatum. ps. Domine exaudi ij. hijs dictis sequatur. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Saluũ fac seruum tuũ vel ancillã tuam. Deus meus sperantem in te. Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Esto ei domine turris fortitudinis. A facie inimici. Mitte ei dñe auxiliũ de sancto. Et de syon tuere eũ. Dñe exaudi orationẽ meã. Dñs vobiscũ. Oremus.


Parce domine parce famulo tuo N. quem redemisti christe sanguine tuo et ne in eternum irascaris ei. Qui viuis. ⁊c.

Deus infinite mie ꝛ bonitatis imẽse ꝓpiciare iniqtati Oro
bus ei⁹ ꝛ oibus aie ei⁹ medere lãguorib⁹/ vt pctõꝝ suoꝝ re
missiõe ꝑcepta semp in tua bñdictiõe letet. Per chri. Ore⁹. Oro.


Omnipotens sempiterne deus miserere famuli tui N. et di
rige eũ secundũ clemẽtiã tuã in viã salutis eterne: vt te do
nãte tibi placita cupiat ꝛ tota virtute ꝑficiat: ꝛ actiones nostras
quesumus dñe aspirando preueni et adiuuando prosequere: vt cũ
cta nostra operatio a te semper incipiat et per te semper finiatur.
Per dñm. Hijs itaq peractis induet se casula eps vel sacerd. ꝛ sta
tim missa de quocũqz voluerit incipiat. Ita quod hec sequẽs oro
dicat ꝓ includẽdo ꝛ dicat oro sub vno per d. ꝛ sub vno Ore⁹. Oro

Deus qui iustificas impiũ ꝛ nõ vis mortẽ pctõris maiesta
tẽ tuã suppliciter deꝓcamur vt famulũ tuũ N. de tua pie
tate ꝯfidentẽ celesti ꝓtegas benign⁹ auxilio: ꝛ assidua ꝓtectione
ꝯserues vt tibi iugiter famulet: ꝛ nullis tẽtatiõib⁹ a te sepat. Per.
Post euãg. offerat includẽd⁹ cereũ suũ q̄ sup alta. ad mis. semp ar
deat. Et stet includẽd⁹ añ grad. alta. ꝛ legat apta voce ꝓfessionẽ
suã: si laicus fuerit: legat aliqs puer ꝓ eo. Professio vero talis erit

Ego frater vel soror N. offerens trado meipsum diuine pie
tati in ordine anachoritano seruiturum et secundũ regulã
ordinis illius in seruitio dei: amodo per gratiã diuinã/ ꝛ consiliũ
ecclesie promitto me permansurum: et patribus meis spirituali
bus obedientiã canonicã exhibiturũ. Et faciat includẽdus signũ
crucis cũ pena sup cedulã ꝓfessionis sue ꝛ ponẽs eã sup altare fle
xis genibus oret: epo vel sacerd. añ. incipiente hoc modo. Aña.



Confirma hoc de us quod ope ratus es in nobis a templo



sancto tuo quod est in hierusalẽ alleluya alleluya. Exurgat.
Postea episcopus vel sacerdos dicat. Oremus. Oratio.

Deus qui famulum tuum a seculi vanitate cõuersum ad su
perne vocationis amorẽ accẽdis: pectori illius purificãdo

illabere et gratiã quã in te pléueret infũde: vt ꝓtectiõis tue muni-
tus presidio que te donãte ꝓmisit impleat: et sue ꝓfessiõis execu-
tor effectus: ad ea que perseuerãtibus in te dignatus es ꝓmittere
pertingat. Per christũ. Post hec eps vel sacerdos bñdicat cũ hac
orõne habitũ ꝓfesso cõgruũ. Signũ dñi nostri iesu xpi damus su-
per hanc vestẽ ad custodiẽdũ ꝓpositũ et vt spũs sanctus regnet in
corde ⁊ in corpe et in oĩbus operibus suscipiẽtis. Per eũdẽ xpm do-
minũ nr̃m. Amẽ. Postea aspergat et suscipiẽtẽ et habitum aqua
bñdicta et cũ dederit habitũ induẽdo dicat. Exuat te deus vete-
rẽ hominẽ cũ actibus suis: ⁊ induat te deus nouũ hoĩem qui scd̃m
deũ creatꝰ est in iusticia et sctitate veritatis. et respõdeãt oẽs Amẽ
Indutus cũ habitu includẽdus statim ꝓsternat se ante gradum
altaris ⁊ sic in oratiõe ꝓstratus ꝑmaneat donec ab epõ vel a sacer-
dote ad communionem vocetur. His itaq; peractis: eps vel sa-
cerdos super prostratum cantando incipiat hunc hymnum.

Veni creator spiritus mentes tuorum visita imple super-
na gratia que tu crea sti pectora. Qui paraclytus diceris do-
nũ dei altissimi: fons viuus/ ignis/ charitas: et spiritalis
vnctio. Tu septiformis mu-
nere dextre dei tu digitus tu rite ꝓmissum patris sermone ditãs
guttura. Accẽde lumẽ sensibꝰ infũde amorẽ cordibꝰ infirma no-
stri corpis virtute firmãs ꝑpetim. Hostẽ repellas lõgius pacẽq;
dones ꝓtinꝰ ductore sic te ꝑuio vitemꝰ omne noxiũ. Per te scia-
mus da patrẽ noscamꝰ atq; filiũ te vtriusq; spiritũ credamꝰ om-
ni tẽpore. Sit laus patri cũ filio sctõ simul ꝑaclito nobisq; mittat
filius carisma scti spũs. Amẽ. ℣. Emitte spm tuũ et creabũtur. ℟.
Et renouabis faciẽ terre. Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Orẽꝰ. Orõ.
Deus qui nõ vis mortẽ pctõris sed penitẽtiã et emẽdationẽ
semꝑ desideras: mie tue clementiã suppliciter imploramꝰ
vt huic famulo tuo secularibus actibus renũciatis large tue pie-
tatis gratiã infundere digneris: quatinꝰ castris tuis insertus ita
tibi militãdo: stadiũ vite ꝑsentis ꝑcurrere valeat: vt brauiũ eter-

ne remuneratiõis te donãte pcipiat. Per chri. ¶ Post hec eps vel sacer. pergẽs ad altare missam finiet: pro includendo. Secreta.

Uius quesumus domine virtute mysterij: et a pprijs nos munda delictis: et famulum tuum N. ab omnibus absolue peccatis. Per dominũ nostrum iesum christũ. Postcõmunio.

Urificet nos domine sacramenta que sumpsimus: & famulum tuũ N. ab omni culpa liberũ esse pcede: vt qui conscientie reatu constringitur: celestis remedij plenitudine gloriet. Per dñm. ¶ Postq̃ ipe eps vel sacerdos cõmunicatus fuerit: nouũ includendũ cõmunicet. Missa finita tradat cereus prefatus includẽdo & ordinata pcessiõe: eps vel sacerd. casulat⁹ incedat: & includendũ portãtẽ cereũ suũ per manũ accipiat & honeste secũ ad habitaculũ suũ deducat. Clerici interi letaniã solẽniter precedentes cantẽt. Cũ aũt ad habitaculũ peruentũ fuerit finita letania: eps vel sacer. includẽdũ extra habitaculũ dimittat & solus in habitaculũ inducat incipiẽdo cũ aqua bñdicta aã. Asperges me. vel Uidi aquã. prout eps exigerit postea sctificet et bñdicat habitaculũ per oõnes sequẽtes. Hec oõ dicat sup altare cũ Oremus. Oõ.

Domine sancte pater et clemẽs cuius nec initium nec finis aduertitur qui tantus es quantus esse voluisti. s. sanctus atq; mirabilis. Deus cuius maiestatem elementa non capiũt: te benedicimus te supplices deprecamur: vt sit altare hoc sicut illud quod abel salutaribus mysterijs in passione precursor iugulatus a fratre nouo sanguie imbuit et sacrauit. Sit tibi dñe altare hoc sicut illud quod abraham pater noster qui te videre meruit fabricauit: in quo summus sacerdos melchisedech sacrificij nomẽ triũphalis expressit. Sit tibi altare hoc sicut illud quod moyses septẽ dierum purificatione mundauit & celesti tertio alloquio sanctum vocauit. Sicut locutus es ad eum dicens. Si quis tetigit altare hoc sanctificatus habeatur. In hoc ergo altari iuguletur luxuria: omnisq; libido feriatur: offeratur pro turturibus sacrificium castitatis: pro pullis columbarum innocentie sacrificiũ. Per dominum nostrum. &c. ¶ Benedictio super domum. Oremus.

Adesto domine supplicationibus nostris / et hãc domum serenis oculis tue pietatis illustra: descendat super habitantes in ea gratia tue pietatis larga benedictio: vt in hijs ma=

nufactis habitaculis cum sobrietate manentes: ipsi tuum semper sint habitaculum. Per christum dominum nostrum amē. ¶ Alia oratio cum Oremus. Oratio.

Exaudi domine sancte pater omnipotens eterne deus vt si qua sint aduersa si qua contraria in hac domo famuli tui N. auctoritate maiestatis tue pellantur. Per dominum nostrum

¶ Alia oratio cum Oremus tantum. Oratio.

Bene✠dic dn̄e domū istā et locū istū: vt sit in ea sanitas: sanctitas: castitas: virtus victoria: et sanctimonia: humilitas: lenitas: mā̄suetudo: plenitudo legis et obediētia deo patri et filio et spiritui sctō: et sit super locū istū et sup omnes habitantes in eo tua larga bn̄✠dictio vt in hijs manufactis habitaculis cū sobrietate manētes ipsi tuū sint semper habitaculū. Per dn̄m nostrum iesum christum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Hijs perdictis exeat ep̄s vel sacerdos et introducat includēdū portātē cereū suū ꝛ incipiēdo hoc respōsoriū.

Regnum mundi | Chorus psequatur. et omnem ornatū se cu-

li contempsi propter amorem domini mei ie su christi.

Quem vi di quem ama ui quē credidi quē dile xi. V.

Eructauit cor meum verbū bo nū dico e go o pe-

ra mea re gi. Quem.

Quo cantato cū versu: episcopus vel sacerdos dicat Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

ROgamus te domine sancte pater omnipotens eterne de⁹: vt super hunc famulum tuum spiritum benedictionis tue infundere digneris: vt celesti munere ditat⁹ et tue maiestatis dona possit acquirere et bene viuendi aliis exempla prebere. Rn. Amen. ¶ Item alia benedictio super eum.

DOminus iesus christus apud te sit: vt te defendat. Amen. Intra te sit vt te reficiat. Amē. Circa te sit vt te conseruet. Amen. Ante te sit vt te deducat. Amen. Super te sit: vt te benedicat. Amen. Qui cum deo in vnitate. ¶ Alia benedictio.

BEne ✠ dicat te deus pater. Amen. Conseruet te dei filius Amen. Illuminet te spiritus sanctus. Amē. Corpus tuum custodiat. Amen. Animam tuam saluet. Amen. Corpus tuum irradiat. Amen. Sensum tuū dirigat. Amē. Et ad supernam vitam te perducat. Amen. Qui in trinitate perfecta viuit & regnat deus per omnia secula seculoꝛum. Amen. Post hec episcopus vel sacerdos de domo exeat: inclusus solus remaneat per totū: summū et cōtinuū obseruās silētiū: & sic de foris firmiter claudatur: et interim voce sonora incipiat ep̄s vel sacer. an̄. hoc modo



Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio templi tui. ps.

Magnus dominus. ps. Laudate dominum omnes gentes. ps. Lauda hierusalem dominum ps. Laudate dominum in sanctis eius. cum Gloria patri. repetatur An̄. Suscepimus deus. finita An̄. faciat episcopus vel sacerdos omnes pro eo orare quatenus omnipotens deus pro cuius amore ille mundum reliquit et in illo strictissimo carcere includi sese fecit: ita ipsum in seruitio suo cōseruet et confirmet ibi. post mortem cum eo in eternum viuere valeat. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Ostende nobis dn̄e misericordiā. Fiat pax in virtute tua. Dn̄s vobiscū. Orem⁹. Orō.

PRotege dn̄e quesumus famulū tuū et intercedēte gloriosa virgine maria cū omnibus sanctis tuis gratiā tue in eo dona multiplica: vt ab oīb⁹ liber offensis: et tēpoꝛalib⁹ nō destituatur auxiliis: et sempiternis gaudeat institutis. Per xp̄m. Orem⁹

DEus cui omne cor patet: et omnis volūtas loquitur: & quē nullum latet secretum purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per christum dominum nostrum. Oremus.

OMnipotens sempiterne deus dirige actus nostros in beneplacito tuo vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Qui tecum viuit et regnat cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus. Per. ¶ Deinde recedāt omnes pergentes in ecclesiam: choro canente aliquod ℟. cum suo versiculo de sancto in cuius nomine et honore fundata est ecclesia: et finiatur ad gradum chori: dicente sacerdote ℣. et oratio. de eodem. & si fuerit ecclesia de sancta maria: tunc dicatur hoc Responsorium.

Felix namque es sacra virgo ma ri a et omni

lau de dignis si ma Quia ex te

ortus est sol iusti ti e christus de

us no ster. Tempore paschali. Alle lu ya

℣. Ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto fe

mineo se xu sentiant omnes tuum leuamen quicunque celebrant



vsus. Sancta dei genitrix virgo semper maria. Oratio.

Concede quesumus misericors deus: fragilitati nostre presidium: vt qui sancte dei genitricis et virginis marie commemorationem agimus intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem christum dominũ nostrũ.


¶ Benedictio agni paschalis ouorum et herbarum in die pasche

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus celi terreqꝫ dominator qui das escam omni carni et reples omne animal benedictione ✠ benedic ✠ et sancti✠fica hanc creaturam agni paschalis et nobis dona tua sumentibus anime et corporis sanitatẽ concede. Per christũ dñm nr̃m.

Deus qui vniuerse carnis es cõditor qui noe et filijs suis de mundis et immundis animalibus precepta dedisti: quiqꝫ sicut oua et olera herbarum humano generi et quadrupeda munda edere permisisti: et qui agnum paschalem in egypto moysi et populo tuo in vigilia pasche comedere precepisti. In figura agni domini nostri iesu christi: cuius sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti et nocte illa omne primogenitum in egypto percutere precepisti: seruans populum agni sanguine prenotatum: dignare domine deus omnipotens benedicere et ✠ sanctificare ✠ hunc agnum paschalem: vt quicunqꝫ ex populo tuo fideliter de illo comederit omni benedictione celesti et gratia tua saturati repleantur in bonitate. Per quem hec omnia dñe condita sunt: et ab initio creata saluator mundi. Qui viuis et regnas

¶ Hec prefatio dicatur in die sancte trinitatis: et in omnibus dominicis diebus vsqꝫ ad aduentum domini quando de dominica dicatur missa: licet in capitulo dicatur: et in cõmemoratione sancte trinitatis: per annum et in missis sponsalium.



Eterne de9. Qui cũ vnigenito filio tuo et spiritu sancto



vnus es deus vnus es dominus. Nō in vni⁹ singularitate per



sone: sed in vnius trinitate substātie. Quod enim de tua gloria




reuelāte te credimus hoc de filio tuo: hoc de spiritu sancto: sine



differētia discretionis sentimus. Ut in confessione vere sempi-




terneqꝫ deitatis: et in personis proprietas: et in essentia vnitas:



et in maiestate adoretur equalitas. Quā laudant angeli atqꝫ



archangeli cherubin quoqꝫ ac seraphin qui non cessant clama-



re vna voce dicentes.

Hec pfatio dicitur in vtroqꝫ festo sancte crucis: et in omnibus commemorationibus eiusdem.

Prefatio.

Eterne deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti: vt vnde mors oriebatur inde vita resurgeret. Et qui in ligno vincebat: in ligno quoqꝫ vinceretur. Per christum dñm nostrū. Hec prefatio dicitur in omnib⁹ festis btē marie

nisi in purificatione. Dicatur etiam per octauas assumptionis: et natiuitatis beate marie: et in commemoratione eiusdem: nisi a natiuitate domini vsqꝫ ad purificationem.


Eterne deus. Et te in veneratione beate et gloriose semperqꝫ virginis marie exultātibus animis laudare: benedicere et predicare. Que et vnigenitū tuū sancti spūs obūbratiōe concepit: et virginitatis gloria permanente huic mundo lumen eternū effudit: iesum christū dn̄m nostrū. Per quem maiestatem.

Hoc modo incipiantur omnes prefationes ad missam per totū annū tā in ferijs ꝙ in festis.


Per omnia secula seculorū. Amen.

Dominus vobiscū. Et cū spiritu tuo. Sursum corda. Habem⁹ ad dn̄m. Gratias agamus dn̄o deo nostro. Dignū et iustū est.


Vere dignum et iustum est equū et salutare: nos tibi semper et vbiqꝫ gratias agere: domine sancte pater omnipotēs eterne deus. Per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli: adorant dominationes: tremunt po-



testates. Celi celorumque virtutes ac beata seraphin socia exul



tatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admit



ti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes.

Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Benedict⁹ qui venit in nomine domini: osanna in excelsis. Et cum dicat sacerdos Sanctus. erigat parumper brachia sua: et iungat manus suas: usque ad hoc verbum. In nomine domini. Tunc signet se in facie sua: et sic fiat in omnibus prefationibus totius anni. Deinde statim iunctis manibus et oculis eleuatis incipiat. Te igitur clementissime. etc. corpore inclinato donec dicat. Ac petimus. Tunc erigens se osculetur altare a dextro sacrificii. ¶ Hec prefatio dicitur in omnibus missis de sancto spiritu.

Eterne deus. Per christum dominum nostrum. Qui ascendens super omnes celos: sedensque ad dexteram tuam: promissum spiritum sanctum in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat: sed et superne virtutes atque angelice potestates: hymnum glorie tue concinunt sine fine dicentes.

¶ Sequitur Canon.





Te igitur clemētissime pater per iesum christum filium tuū: dominū nostrum supplices rogamus ac petimus. Hic erigens se: osculetur altare a dextris sacrificij dicēs vti accepta habeas et benedicas hec do ✠ na hec mu ✠ nera hec san ✠ cta sacrificia illi factisq3 signaculis super calicem: eleuet manus suas ita dicens. bata. In primis que tibi offerimus: pro ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare: custodire: adunare et regere digneris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo papa nostro N. et antistite nostro N. id est proprio episcopo et rege nostro N. et dicantur nominatim et omnibus ortodoxis atq3 catholice et apostolice fidei cultoribus ¶ Hic roget cogitando pro viuis.

Memento domine famulorum famularumq3 tuarum N. et N. In qua oratione ordo debet attendi propter ordinem charitatis. Quinquies orat sacerdos. primo pro seipso: secundo pro patre et matre carnali: videlicet et spirituali et pro alijs parentibus: tertio pro amicis specialibus parrochianis et alijs. quarto pro omnibus astantibus. quinto pro omni populo christiano. et potest hic sacerdos omnes suos amicos deo commendare. Consulo tamen vt nullus ibidem nimis immoretur: tum propter cordis distractionem: tū propter immissiones que possunt fieri per angelos malos: tum propter alia pericula.

Et omnium circũastantiũ atq omniũ fideliũ christianorũ quorũ tibi fides cognita est et nota deuotio: pro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt hoc sacrificiũ laudis: pro se suisq omnibus: pro redẽptione animarũ suarũ: pro spe salutis et incolumitatis sue: tibiq reddunt vota sua eterno deo viuo et vero.

Communicantes et memoriam venerantes in primis gloriose semperq virginis. Inclinando parumper dicat. marie genitricis dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum. Petri Pauli Andree Iacobi Ioannis Thome Iacobi Philippi Bartholomei Mathei Simonis et Thadei Lini Cleti Clemẽtis Sixti Cornelij Cipriani Laurentij Grisogoni Ioãnis et Pauli Cosme et Damiani. Et omniũ sanctorum tuorum: quorũ meritis precibusq concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. Hic respiciat hostiam cum magna veneratione ita dicens.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed et cuncte familie tue quesumus domine vt placatus accipias: diesq nostros in tua pace disponas atq ab eterna damnatione nos eripi et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per christũ dominum nostrum. Amen. ¶ Hic iterum respiciat hostiam dicens.

Quam oblationem tu deus omnipotens in omnibus quesumus. Hic faciat tres cruces super calicẽ cum dicat ✠ benedictam ✠ ascriptam ✠ ratam rationabilẽ acceptabilẽq facere digneris vt nobis. Hic faciat crucem super panem dicens corpus ✠ hic super calicem et sanguis ✠ iunctisq manibus dicat. fiat dilectissimi filij tui domini nostri iesu christi.

Qui pridie quam pateretur. Hic erigat sacerdos manus et coniungat et postea tergat digitos et eleuet hostiam parumper: ita q non videatur a populo: et sic debet tenere quousq dixerit verba consecrationis quia si ante consecrationem eleuetur et populo ostendatur sicut fatui sacerdotes faciunt populum idolatrare adorando panem purum tanq corpus christi: et in hoc peccant. Et sacerdos debet precipue in hoc loco congregare seipsum ad se. scilicet cor diligẽter ad attendendũ verba: et os ad distincte pferẽdũ vt ab hoc loco videlicet. Qui pridie. vsq ibi vnde et me=

mores. nulle alie rei attendat nullaqʒ dictio: nullaqʒ sillaba eua-
dat: nihil de forma verborum vel signorū omittat vel diminuat
accipiendo panem dicat. **Accepit panem in sanctas ac venerabi-
les manus suas et eleuatis oculis in celū.** ¶ Hic eleuet oculos su-
os non solum corporales sed etiam spirituales. **ad te deum patrē
omnipotentem: tibi** hic inclinet se dicens. **gratias agens ✠ be-
nedixit fregit.** Hic non debet tangi hostia modo fractionis sicut
aliqui fatui tangunt et male faciunt. Videtur tamen ex ordine
verborum ꝙ prius debet frangi ꝙ̄ consecrari cum dicit **benedixit
fregit.** per hec verba videtur ꝙ prius est fractio ꝙ̄ cōsecratio: sed
ecclesia prius consecrat ꝙ̄ frangit scilicet aliter facit ecclesia quā
christus fecit: et sic ecclesia videtur errare. et per consequēs delin-
quit. Solutio dicendum est ꝙ ecclesia nō delinquit: quia christus
post consecrationem et benedictionem fregit licet ordo verborū
aliter sonat et dicat sacerdos inclinando. **deditqʒ discipulis suis
dicens: accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpꝰ
meum.** Et debent ista verba proferri sub vno spiritu et sub vna
prolatione nulla pausatione interposita. Post hec verba inclinet
se sacerdos ad hostiam et capite inclinato illam adoret et postea
eleuet eam mature supra frontem: vt a populo possit videri ⁊ ca-
ueat ne nimis diu teneat eā nec aliquo modo corpus christi oscu-
letur: nec super oculos ponat sicut solent quidam stulti facere nec
aliquam partem corporis vllo modo tangi debet nisi tantum di
gitis ad hoc specialiter consecratis. Tunc illud reponat ante ca-
licem in modum crucis per idem fiende: reposito corpore christi in
loco suo discooperiat calicem et eum teneat inter manus suas nō
disiungendo pollicem ab indice nisi dum faciat benedictionē tan
tum: et tunc incipiat calicis consecrationem dicens.

**Simili modo postea ꝙ̄ cenatum est accipiens ⁊ hunc precla-
rum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas itē ti-
bi.** Hic inclinet se dicens. **gratias agens ✠ benedixit deditqʒ di-
scipulis suis dicens accipite et bibite ex eo omnes.** Hic eleuet pa-
rumper calicē ita dicens. **Hic est enim calix sanguinis mei noui
et eterni testamēti mysteriū fidei qui ꝓ vobis ⁊ pro multis effun-
detur in remissionē peccatorū.** Hic eleuet calicē vsqʒ pectꝰ vel vltra
caput dicēs. **Hec quotienscūqʒ feceritis: in mei memoriā facietis.**

¶ Hic reponat calicem et fricet digitos suos vltra calicem propter micas et cooperiat calicem: deinde eleuet brachia in modum crucis iunctis[que] manibus digitis vs[que] ad hec verba. **De tuis donis ac datis.** ita dicens.

VNde et memores dñe nos serui tui: sed et plebs tua sancta eiusdem christi filij tui domini dei nostri tã beate passionis: necnon et ab inferis resurrectiõis: sed et in celos gloriose ascẽsionis offerim[us] preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. Hic faciat tres cruces supra calicem cum dicat. **Hostiam ✠ puram: hostiam ✠ sanctam: hostiam ✠ immaculatam.** Hic super hostiam dicens. **Panem sanctum ✠ vite eterne.** Hic super calicem. **Et calicem ✠ salutis perpetue.** Sequatur.

SUpra que propicio ac sereno vultu respicere digneris: et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel et sacrificiũ patriarche nostri abrahe: et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrificium immaculatam hostiam. ¶ Hic sacerdos corpore inclinato et cancellatis manibus dicat.

SUpplices te rogamus omnipotens deus: iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in cõspectu diuine maiestatis tue. ¶ Hic erigat se et deosculetur altare a dextris sacrificij dicens. **Vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui.** Hic faciat crucem super corp[us] christi dicens. **cor ✠ pus.** Hic aliam crucem super calicem dicens. **et sanguinem sumpserimus.** Hic faciat tertiam crucem in facie sua dicens. **Omni bene ✠ dictione celesti et gratia repleamur. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.** Sequatur.

MEmento etiã domine animarũ famulorũ famularũ[que] tuarum N. et N. Hic oret sacerdos cogitando pro defunctis. qui nos precesserunt cũ signo fidei: et dormiunt in somno pacis. Ipsis dñe et omnibus in christo quiescẽtib[us] locũ refrigerij lucis et pacis: vt indulgeas deprecamur. Per eundẽ christum dñm nostrum. Amen. Hic percutiat sacerdos pectus suum semel dicendo

NObis quo[que] peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam: et societatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis & martyribus

cum Ioanne Stephano Mathia Barnaba Ignatio Alexādro Marcellino Petro Felicitate Perpetua Agatha Lucia Agnete Cecilia Anastasia. Et cum omnibus sanctis tuis intra quorum nos consortiū nō estimator meriti sed venie quesumus largitor admitte. Per christum dnm nostrū. Amen. Per quē hec omnia dne semper bona creas. Hic sacerdos ter signet calicem dicens sancti ✠ ficas: viui ✠ ficas: bene ✠ dicis & prestas nobis. Hic sacerdos discooperiat calicē: & faciat signum crucis cū hostia quinquies. Primo vltra calicem ex vtraq parte: secundo calici equali: tertio infra calicem: quarto sicut primo: quinto ante calicem. Interim vero diaconus a dextris sacerdotis assistat manibus prius lotis eiq in corporalibus sustinēdis subministret et in recessu deosculetur altare et humerum sacerdotis dextrum sacerdote sic dicente. per ✠ ipsum: et cum ✠ ipso: et in ✠ ipso est tibi deo pa ✠ tri omnipotenti in vnitate ✠ spiritus sancti deus omnis honor et gloria. Hic cooperiat calicem et teneat manus suas super altare vsq dicitur Pater noster. hoc modo.

PEr omnia secula seculorū. Amē. Oremus. Preceptis salutaribus moniti: et diuina institutione formati audemus dicere


Hic accipiat diaconus patenam de manu subdiaconi eamq a dextris sacerdotis extento brachio in alto vsq ad Da propicius pacē discoopertam tenens. ¶ Hic eleuet sacerdos manus suas dicens.

PAter noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum.

Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua: sicut in celo et in




terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimit-



te nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus no-



stris. Et ne nos inducas in tentationem. Respōdeat sic chorus.



Sed libera nos a malo. Amen.

Deinde dicat sacerd. priuatim.

Libera nos quesumus dñe ab omnibus malis preteritis presentibus ꝛ futuris: ꝛ intercedente pro nobis beata ꝛ gloriosa semperq; virgine dei genitrice maria. Hic inclinet parumper et dicat et beatis apostolis tuis petro et paulo atq; andrea cum omnibus sanctis. Hic committat diaconus patenam sacerdoti deosculans manū eius: et sacerdos deosculetur patenam: postea ponat ad sinistrum oculum: deinde ad dextrum: postea faciat crucem cum patena vltra caput: ꝛ tūc reponat eam in locum suum ita dicens.

Da propicius pacem in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti et a peccato simus semper liberi ꝛ ab omni perturbatione securi. Hic discooperiat calicē et sumat cū inclinatiōe corpus transponēs in cōcauitate calicis retinendo inter pollices et indices: ꝛ frangat in tres partes dū dicitur. Per eundem dñm nostrū iesum christū filiū tuū. Secunda fractio cū dicit. Qui tecū viuit et regnat in vnitate. Hic teneat istas duas fracturas in sinistra manu: ꝛ tertiā fracturā in dextera manu in sūmitate cali. di.



Per omnia secula seculorum. Chorus respondeat. Amen.

Deinde si episcopus celebrauerit: diaconus ad populū conuer-

sus baculum episcopi in dextera tenens: curuatura baculi ad se conuersa dicat hoc modo.



Humiliate vos ad benedictionē. Chor⁹ respōdeat. Deo gratias.
¶Postea eucharistia super patenā reposita episcopus super populum faciat benedictionem. Post benedictionem sequatur.



Pax dñi ✠ sit semp ✠ vo ✠ biscū. Chor⁹ ℟. Et cū spiritu tuo. Ad dicendum Agnus dei. accedant diaconus et subdiaconus ad sacerdotem vterqꝫ a dextris: diaconus propior: subdiaconus remotior: et dicant simul priuatim. Agnus dei qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Agnus dei qui tollis. vt s̄. Agnus dei q̄ tollis peccata mūdi: dona nobis pacē. In missis vero pro defunctis dicatur hoc modo. Agnus dei qui tollis peccata mundi: dona eis requiem. tribus vicibus cum hac additione sempiternam Exequie quas nos facimus pro mortuorum excessibus celebrantur. ¶Quare ad missam mortuorū pax non datur: triplex assignatur ratio. Prima est quoniam hoc officiū triduanā christi sepulturam significat vbi pax nō datur propter osculum iude. Secunda quia non cōmunicamus mortuis: quia nobis non respondent. Unde est q͂ corpus nūq̄ debet esse in ecclesia: q̄diu missa de die celebratur. Tertia est quoniā ex multis granis collectis vn⁹ panis efficitur et ex multis racemis vinū eliquatur: sic et ex multis fidelibus quorum quidam boni: quidam mali vna ecclesia cōstituitur et coadunatur: quia ergo mortuo homine nescitur vtrū ipse sit de conformitate ecclesie et pacem cum creatore suo habeat ideo pacem non damus. nec Benedicamus. nec Deo gratias. nec aliquas laudes referimus pro mortuis: quia non est vnde agēde sint: non enim apparet eorum requies. Hic cruce signando deponat dictam tertiam partem hostie in sanguinem sic dicendo.

Hec sacrosancta commixtio corporis et sanguinis domini nostri iesu christi: fiat mihi omnibusqꝫ sumentibus salus

mentis et corporis:et ad vitam eternam promerendam et cape=
scendam preparatio salutaris. Per eundem dominum nostrum
iesum christum filium tuum:qui tecum viuit et regnat in vnitate
spiritus sancti deus. ¶Anteq̄ pax detur dicitur hec oratio.

DOmine sancte pater omnipotēs eterne deus da mihi hoc
sacrosanctum corpus et hunc sanguinem filij tui domini
nostri iesu christi ita digne sumere:vt merear per hoc remissionē
omnium peccatorum meorum accipere:⁊ tuo sancto spiritu reple
ri et pacem tuam habere:quia tu es deus solus et preter te nō est
alius cuius imperium sine fine permanet in secula seculo⁊ amen
¶Hic deosculetur sacerdos corporalia in dextera parte et summi
tatem calicis corpore dominico prius tactam et diaconum dicēs
Pax tibi ⁊ ecclesie dei. ℟. Et cum spiritu tuo. diaconus a dextris
sacerdotis ab ipso pacem recipiat et subdiacono ferat: deinde ad
gradum chori ipse diaconus pacem portet rectoribus chori:⁊ ipsi
rectores pacem choro portent vterq; sua parte incipientes a ma=
ioribus. In ferijs vero et in festis quando chorus nō regitur pax
a diacono choro apportetur per duos extremos de secūda forma
⁊c. vt prius. Si episcopus celebrauerit primo osculetur diaconus
principalem subdiaconum a quo ceteri subdiaconi pacem sumāt
deinde duos secundarios rectores si duplex festum fuerit qui pri=
mo deferant ad rectores principales:postea ipsis principalib⁹ re
ctoribus ipsam pacem ex parte decani et cantoris deferentibus:
secundarijs vero ex parte cancellarij et thesaurarij. Post datam
pacem dicat sacerdos orationem sequentem priuatim anteq̄ se
communicet tenendo hostiam ambabus manibus dicens.

DEus pater fons et origo totius bonitatis qui ductus mise
ricordia vnigenitum tuum pro nobis ad infima mūdi de=
scendere et carnem sumere voluisti:quā ego indignus hic in ma=
nibus meis teneo. Hic inclinet se ad hostiam dicēs. te adoro te glo
rifico te tota mentis ac cordis intentione laudo:et precor vt nos
famulos tuos non deseras:sed vt peccata nostra dimittas quate
nus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire
valeam⁹. Per eundē christū dn̄m nostrum. Amen. Alia Oratio.

DOmine iesu christe fili dei viui qui ex voluntate patris co
operante spiritu sancto per mortem tuam mundum viui=

ficasti: libera me queso per hoc sacrosanctum corpus et hunc sanguinem tuu a cunctis iniquitatibus meis et ab vniuersis malis et fac me tuis semper obedire mandatis et a te nunq imperpetuum separari permittas: saluator mundi: qui cum deo patre et eodem spiritu sancto viuis et regnas deus. per omnia secula seculorum. Amen. Et sequatur.

Corporis et sanguinis tui domine iesu christe sacramentu quod licet indignus accipio non sit mihi iudicio et condenationi: sed pro tua prosit pietate corporis mei et anime saluti. Amen

¶ Ad corpus cum humiliatione dicat anteq illud recipiat.

Aue in eternu sanctissima caro christi mihi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corpus domini nostri iesu christi sit mihi peccatori via et vita. ¶ Caueat sibi sacerdos post istas orationes dictas a nimia prolixitate tractandi propter cogitationes volubiles aliquorum: tamen in premissis orationibus debet sacerdos meditari de incarnatione: natiuitate: et passione: et pijssima morte domini nostri iesu christi: et de huius sacramenti virtute: et tunc cum magna deuotione: et omni reuerentia et timore debet communicari cruce prius facta ex ipso corpore: scilicet christi ante os recipientis dicens. In nomine patris et filij et spiritus sancti amen. ¶ Deinde ad sanguinem cum magna deuotione dicat

Aue in eternum celestis potus: mihi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corpus et sanguis domini nostri iesu christi prosint mihi peccatori ad remedium sempiternum in vitam eternam. Amen. In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen. ¶ Hic sumat sanguinem: quo sumpto eat sacerdos ad dextrum cornu altaris cum calice inter manus: adhuc digitis coniunctis sicut prius: et accedat diaconus: et effundat in calicem vinum vel aquam: et recinserat sacerdos manus suas: ne alique reliquie corporis remaneant in digitis vel sanguinis in calice. Cum vero aliquis sacerdos bis debeat celebrare in vno die: tunc non debet percipere ablutionem vllam in prima missa: sed ponere in sacrario: aut in vase mundo vsq in finem alterius misse: et tunc sumatur vtraq ablutio post primam ablutionem.

¶ Deinde sequatur hec Oratio.

Post missam.

QUod ore sumpsimus domine pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternū amē.

¶ Hic lauet digitos suos in concauitate calicis cum vino a diacono effuso quo hausto sequatur ista **Oratio.**

HEc nos domine communio purget a crimine: et celestis remedij faciat esse participes. Hic infundet idem diaconus aquam in calice qua hausta eat sacerdos ad medium altaris: et inuoluat calicem super patenam: et postea inclinet se ante altare cum magna deuotione dicens hanc orationem. **Oratio.**

GRatias tibi ago dñe sancte pater omnipotens eterne deꝰ: qui me refecisti de sacratissimo corpore et sanguine dñi nostri iesu christi te precor: vt hoc sacramentum salutis nostre quod sumpsi indignus peccator non veniat mihi ad iudiciū neqꝫ ad cōdēnationem pro meritis meis: sed ad profectū corporis mei ⁊ anime mee salutem in vitā eternam. Amē. Et cum hac oratione eat sacerdos ad dextrum cornu altaris abluat manus: ⁊ subdiaconꝰ ei ministret: diaconus vero interim corporalia cōplicet et ad dextrum corna altaris: subdiaconꝰ librū portet ⁊ accepto a diacono calice iacente super patenā et redeūte sacerdote ad dextrū cornu altaris si quid in eo infusionis remanserit idem diaconus ori sacerdo. porrigat sumendum. Post perceptionem sacramēti sacerdote ad manus abluendum veniente diaconus corporalia cōplicet et in loculo reponat postea vero ipsa corporalia calici cum offertorio supponat ipsumqꝫ calicem dum cō. dicitur ipsi accolito committat. Qui dum Per omnia secula seculorum. Amē. Post oratio dicitur ea solennitate qua eum apportauerit reportet ablutis manibus sacerdos reuertat se ad dextrum cornu altaris: et dicat cum suis ministris cōmunionem: deinde facto crucis signaculo in facie vertat se sacerdos ad populū eleuatisqꝫ aliquantulum brachijs et iunctis manibus dicat Dñs vobiscum. et interim se vertat ad altare dicens Oremus. et postea dicat postcōmuniōes iuxta numerum et ordinem ante dictarum orationum ante epistolam. Finita vltima postcōmunione factoqꝫ signaculo crucis in facie vertat se sacerdos ad populum et dicat. Dominus vobiscum. deinde diaconus sua casula reindutus quando vtitur dicat Benedicamꝰ. Alio vero tēpore anni dicatur Ite missa est. semp

ad populum conuerso/sed semper Benedicamus domino et Re
quiescant in pace. conuerso ad altare dicantur. Hijs dictis sacer=
dos corpore inclinato/iunctis manibus/tacita voce coram me=
dio altaris dicat hanc orationem.

PLaceat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis mee/⁊ pre
sta: vt hoc sacrificium quod oculis maiestatis tue indi=
gnus obtuli tibi sit acceptabile: mihiq; ⁊ omnibus pro quib⁹ illud
obtuli sit te miserãte propiciabile. Qui viuis et regnas deus: per
omnia secula seculorum. Amen. Qua finita erigat se sacerdos et
signet se in facie sua ita dicens. In nomine patris et filij et spiri=
tus sancti amen. Et sic inclinatione facta eodem ordine quo pri=
us accesserunt ad altare in principio misse: sic induti cum cero=
ferarijs et ceteris ministris redeant in fine: et statim post Deo
gratias. incipiatur in choro hora nona quando post missam dici
tur. Sacerdos vero in redeundo dicat euangelium. In principio
erat verbũ. Cum vero sacerdos exuerit casulam et alia indumen
ta sacerdotalia dicat hos psalmos sub vno. Gloria patri. cũ hac
Añ. Trium puerorũ. ps. Benedicite sacerdotes domini domino
et dicatur vsq; ad finẽ. ps. Laudate dñm in sanctis eius. ps. Nũc
dimittis. Gloria patri. Sicut erat. Deinde dicatur. Añ. Trium
puerorũ cantemus hymnũ quem cantabant in camino ignis be
nedicẽtes dñm. Kyrieleyson Christeleyson. Kyrieleyson. Pater
noster. Et ne nos. Sed libera. Benedicamus patrem et filium
cũ sancto spiritu. Laudemus ⁊ superexaltemus eũ in secula. Be
nedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis et glorio=
sus et superexaltatus in secula. Benedicat et custodiat nos om=
nipotens et misericors dominus amen. Non intres in iudicium
cum seruo tuo domine. Quia non iustificabitur in conspectu tuo
omnis viuens. Domine deus virtutum cõuerte nos. Et osten=
de faciem tuam et salui erimus. Domine exaudi orationẽ meam
Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscũ. Et cũ spiritu
tuo. Oremus.

DEus qui tribus pueris mitigasti flam
mas ignium concede propitius: vt nos famulos tuos nõ
exurat flamma vitiorum. Oratio.

URe igne sancti spũs renes nr̃os ⁊ cor nostrum dñe: vt tibi
casto corpore seruiamus et mũdo corde placeam⁹. Oratio

ACtiones nostras quesum⁹ domine aspirando preueni et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra operatio ꝛ ad te semper incipiat et per te cepta finiatur. Et finiantur hee tres orationes sub vna determinatiõe sic. Per christũ dñm nr̃m. Amen.

ORdo ad visitandum infirmum. In primis induat se sacerdos superpellicio cũ stola / et in eundo dicat cum suis ministris septem psalmos penitẽtiales cum Gloria patri et cum. Antiphona. Ne reminiscaris. Psalmus.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neq̃ in ira tua corripias me. Miserere mei dñe quoniã infirmus sum: sana me dñe quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsq̃quo. Conuertere domine et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam nõ est in morte qui memor sit tui: in inferno autẽ quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniã exaudiuit dñs vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit. Erubescant ꝛ conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter. Gloria patri et filio et spiritui sancto Sicut erat in principio et nũc ꝛ semper et in secula ꝛc. Ps.

BEati quorum remisse sunt iniquitates: ꝛ quorum tecta sũt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatũ nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me man⁹ tua conuersus sum in erumna mea dũ cõfigitur spina. Delictũ meum cognitum tibi feci: et iniusticiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore oportuno. Verũtamen in diluuio aquarum multarũ: ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me. Intellectum tibi dabo et instruã te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos

Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus.
In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui non approxi
mant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantem autem in do=
mino misericordia circumdabit. Letamini in domino et exulta
te iusti: & gloriamini omnes recti corde. Gloria patri. Psalmus
DOmine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tuã corripi
as me. Quoniã sagitte tue infixe sunt mihi: et confirma
sti super me manũ tuam. Non est sanitas in carne mea a facie
ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorũ meorũ. Quo=
niã iniquitates mee supergresse sunt caput meũ: & sicut onus gra
ue grauate sũt sup me. Putruerũt & corrupte sunt cicatrices mee
a facie insipientie mee. Miser factus sum & curuatus sum vsq; in
finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniã lũbi mei im
pleti sunt illusionibus: et nõ est sanitas in carne mea. Afflictus
sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.
Dñe ante te omne desiderium meũ: et gemitus meus a te non
est absconditus. Cor meũ conturbatũ est dereliquit me virtus
mea: et lumẽ oculorũ meorũ et ipsũ non est mecũ. Amici mei et
proximi mei: aduersum me appropinquauerũt et steterunt. Et
qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebãt qui quere
bãt animam meam. Et qui inquirebãt mala mihi locuti sunt
vanitates: et dolos tota die meditabãtur. Ego autem tanq̃ sur
dus non audiebam: et sicut mutus non aperiẽs os suum. Et fa=
ctus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redar
gutiones. Quoniã in te domine speraui: tu exaudies me domi=
ne deus meus. Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimi
ci mei: et dum commouentur pedes mei super me magna locuti
sunt. Quoniã ego in flagella paratus sum: et dolor meus in cõ=
spectu meo semper. Quoniã iniquitatẽ meã annũciabo et cogi
tabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuũt et confirmati
sũt super me: et multiplicati sũt qui oderũt me inique. Qui retri
buũt mala pro bonis detrahebãt mihi: quoniã sequebar bonita=
tem. Ne derelinquas me dñe deus meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutoriũ meũ: dñe deus salutis mee. Glo. Psalm9
MIserere mei deus secundũ magnã misericordiã tuã. Et
secundũ multitudinem miserationum tuarum: dele ini=

quitatem meā. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a pecca
to meo munda me. Quoniā iniquitatem meā ego cognosco: et
peccatum meū contra me est semper. Tibi soli peccaui et malū
coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iu
dicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in pecca=
tis concepit me mater mea. Ecce enim veritatē dilexisti incer=
ta et occulta sapientie tue manifestasti mihi. Asperges me do=
mine ysopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et leticiam: et exultabunt ossa hu
miliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes ini=
quitates meas dele. Cor mundum crea in me deus: et spiritum
rectum innoua in visceribus meis. Ne proijcias me a facie tua
et spiritum sanctum tuū ne auferas a me. Redde mihi leticiam
salutaris tui: et spiritu principali cōfirma me. Docebo iniquos
vias tuas: et impij ad te conuertentur. Libera me de sanguini
bus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiā tuam
Domine labia mea aperies: et os meū annūciabit laudē tuam.
Quoniā si voluisses sacrificiū dedissem: vtiqꝫ olocaustis non de
lectaberis. Sacrificiū deo spūs cōtribulatꝰ: cor contritū et humi
liatū deꝰ nō despicies. Benigne fac dñe in bona volūtate tua sy
on: vt edificent muri hierlm. Tūc acceptabis sacrificiū iusticie
oblatiōes et olocausta: tūc imponēt sup altare tuū vitulos. Glo.
Domine exaudi orationem meā et clamor meus ad te ve=
niat. Non auertas faciem tuā a me: in quacūqꝫ die tribu
lor inclina ad me aurē tuā. In quacūqꝫ die inuocauero te velo=
citer exaudi me. Quia defecerūt sicut fumꝰ dies mei: et ossa mea
sicut cremiū aruerūt. Percussus sum vt fenū et aruit cor meū:
quia oblitus sum comedere panē meū. A voce gemitus mei ad=
hesit os meū carni mee. Similis factꝰ sum pellicano solitudinis
factus sum sicut nicticorax in domicilio. Vigilaui et factꝰ sum si
cut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabāt mihi inimi
ci mei: et qui laudabāt me aduersum me iurabāt. Quia cinerē
tanqꝫ panē mādicabā: et potū meū cū fletu miscebā. A facie ire
indignatiōis tue: quia eleuās allisisti me. Dies mei sicut vmbra
declinauerūt: et ego sicut fenū arui. Tu autē domine in eternū
permanes et memoriale tuū in generatione et generationē. Tu

exurgēs domine miserebēris syon: quia tempus miserendi eius quia venit tempus. Quoniā placuerūt seruis tuis lapides eius et terre eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomen tuū domine: et omnes reges terre gloriam tuam. Quia edificauit dominus syon: et videbitur in gloria sua. Respexit in orationē humilium: et non spreuit precem eorum. Scribantur hec in generatione altera: et populus qui creabitur laudabit dominū. Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terrā aspexit. Ut audiret gemitus compeditorū vt solueret filios interēptorū Ut annuncient in syon nomen domini: et laudem eius in hierusalem. In conueniendo populos in vnum: et reges vt seruiant domino. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatē dierū meorum nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorū: in generatione et generationē anni tui. Initio tu domine terram fundasti: et opera manuum tuarū sunt celi. Ipsi peribūt tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur: tu aūt idem ipse es et anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt et semen eorum in seculum dirigetur. Gloria patri. Psalmus.

De profundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocē meam. Fiant aures tue intendentes: in vocē deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dn̄e: domīe quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te domine Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit aīa mea in dn̄o. A custodia matutina vsq̄ ad noctē: speret israel in dn̄o. Quia apud dn̄m misericordia: et copiosa apud eū redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria. ps.

Domine exaudi orationem meā auribꝰ percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iusticia. Et nō intres in iudiciū cū seruo tuo: quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs. Quia persecutus est inimicus aīam meam humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spūs meus in me turbatum est cor meū. Memor fui dierū antiquorū meditatus sum in omnibus operibus tuis in factis manuū tuarū meditabar. Expandi manus meas ad te: aīa mea sicut terra sine aqua tibi

Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus. Nō auertas faciem tuā a me: et similis ero descendentibus in lacū. Auditam fac mihi mane misericordiā tuā: quia in te speraui. Notam fac mihi viā in qua ambulem: quia ad te leuaui aīam meā. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatē tuā/quia deus meus es tu. Spiritꝰ tuus bonus deducet me in terrā rectā: propter nomen tuū domine viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aīam meā: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulāt animā meā: quoniā ego seruus tuus sum. Gloria patri. Aña. Ne reminiscaris dn̄e delicta nostra vel parentū nostrorū: neqꝫ vindictā sumas de peccatis nostris: parce domine parce famulo tuo: quē redemisti precioso sanguine tuo ne ineternum irascaris ei. ℂ Et cū intrauerit domū dicat. Pax huic domui et omnibus habitātibus in ea: pax ingredientibus et egredientibus. ℂ Et sciendū est quādo infirmus debet inungi: offerenda est ei ymago crucifixi et ante conspectū eius statuenda: vt redemptorē suū in ymagine crucifixi adoret/ et passionis eius quā pro peccatorū salute sustinuit recordetur. Deinde aspergat infirmū aqua benedicta et statim sequatur Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Saluū fac seruū tuū: vel ancillā tuā. Deus meꝰ sperantē in te. Mitte ei dn̄e auxilium de sancto. Et de syon tuere eum. Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. Esto ei dn̄e turris fortitudinis. A facie inimici. Dn̄e exaudi. Dn̄s vo. Orēꝰ. Oratio.

Deus qui beatum petrum apostolum tuum misisti ad thabitam famulam tuam vt eius precibus suscitaretur ad vitam: exaudi nos quesumus: vt hunc famulum tuum. N. quem in nomine tuo visitat nostra fragilitas exorata medicine tue medela citius sanitati restituat. Per christum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui subuenis in periculis et necessitate laborantibus et flagella clementer temperas/ te domine supplices exoramus: vt per visitationem tuā sanctam erigas hunc famulum tuum. N. ex hac egrotatione qua tenetur et presentes eum ecclesie tue sancte incolumen ad laudem et gloriam nominis tui. Per christum dn̄m nostrū. Oremus. Oratio.

Exaudi nos omnipotens et misericors deus et visitationē tuam cōferre digneris super hūc famulū tuū. N. quem diuersa vexat infirmitas: visita eū domine sicut visitare dignatus es socrum petri puerumqꝫ centurionis et tobiam et sarram per sanctum angelum tuum raphaelem: restitue in eo domine pristinam sanitatē: vt mereatur in atrio domꝰ tue dicere / castigās castigauit me dominus et morti non tradidit me saluator mundi. Qui cum deo patre et spiritusancto viuis ꝛ regnas deus Per omnia secula seculorum. Amen. Oratio.

Deus qui famulo tuo ezechie ter quinos annos ad vitā donasti ita et hūc famulū tuū. N. a lecto egritudinis tua potentia erigas ad salutem. Per christum dominū nostrū. Oratio.

Respice quesumus domine famulū tuū. N. in infirmitate sui corporis laborantem: et animam refoue quam creasti vt castigationibus emūdata: cōtinuo se sentiat tua medicina saluatā. Per christū. Oratio.

Deus qui facture tue pio semper dominaris affectu inclina aurem tuam supplicationibus nostris et famulū tuum N. ex aduersa valitudine sui corporis laborantem placatus respice: et visita in salutari tuo ac celestis gratie presta medicinā. Per christū dn̄m no. Oratio.

Virtutum celestium deus qui ab humanis corporibus omnem languorē et omnem infirmitatē precepti tui potestate depellis: adesto propitius huic famulo tuo N. vt fugatis infirmitatibus et viribus receptis nomen sanctum tuum instaurata protinus sanitate benedicat. Per christū dn̄m nr̄m Amē. Orō.

Domine sctē pater omnipotēs eterne deus: qui fragilitatem conditionis humane infusa virtutis tue dignatione confirmas: vt salutaribus remediis pietatis tue corpora nostra et mēbra vegetentur super hūc famulū tuū. N. propitius intēde vt omni necessitate corporee infirmitatis exclusa gratia in eo pristine sanitatis perfecta reparet. Per christū dn̄m. Oremꝰ. Orō.

Respice domine de celo et vide et visita hūc famulū tuum N. et benedic eum sicut benedicere dignatus es abraham ysaac / ꝛ iacob: respice super eū dn̄e oculos misericordie tue: et reple eū omni gaudio et leticia et timore tuo: expelle ab eo oēs inimici insidias ꝛ mitte āgelū pacis qui eū custodiat ꝛ domū istā in

pace perpetua. Per dñm nostrũ. &c. ¶ Deinde priusq̃ vngatur
infirmus aut cõmunicetur: exhortetur eum sacerdos hoc modo.
FRater carissime: gratias age omnipotenti deo pro vniuer
sis ✠ beneficijs suis patienter et benigne suscipiẽs infir-
mitatẽ corporis quã tibi deus immisit: nam si ipsam humiliter si
ne murmure tolleraueris: infert anime tue maximũ premium et
salutem. Et frater carissime quia viã vniuerse carnis ingressu-
rus es: esto firmus in fide: qui enim non est firmus in fide: infide
lis est: et sine fide ĩpossibile est placere deo. Et ideo si saluꝰ esse vo
lueris: ante oĩa opus est vt teneas catholicã fidem: quã nisi inte-
gram inuiolatamq̃ seruaueris: absq̃ dubio in eternũ peribis.
¶ Deinde bonũ et valde expediẽs est: vt sacerdos exprimat infir
mo. xiiij. articulos fidei: quorũ. vij. primi ad mysteriũ trinitatis
et. vij. alij ad christi humanitatẽ pertinẽt: vt si forte prius in ali-
quo ipsorũ errauerit titubauerit: vel dubius fuerit: ante mortem
dum adhuc spũs vnitus est carni ad fidem solidã reducatur: et po-
test sacerdos dicere sic. Fides autẽ catholica hec est frater: cre-
dere in vnũ deum: hoc est in vnitatem diuine essentie: in triũ per
sonarum indiuisibi trinitate. ij. Patrem ingenitum esse deũ. iij.
vnigenitum dei filium: esse deũ per omnia coequalem patri. iiij
spiritum sanctũ non genitum / non factum / non creatũ: sed a pa
tre et filio pariter procedentem: esse deũ patri filioq̃ consubstan
tialem etiam et equalem. v creationem celi et terre: id est omnis
visibilis et inuisibilis creature a tota inuisibili trinitate. vi. Sã
ctificationem ecclesie: per spiritum sanctũ et gratie sacramenta
ac cetera omnia in quibus cõmunicat ecclesia christiana: in quo
intelligitur q̃ ecclesia catholica cũ suis sacramentis et legibus /
per spiritum sanctum regulata: omni homini quantũcunq̃ faci
noroso peccatori sufficit ad salutẽ: et quod extra ecclesiam catho
licam non est salus. vij. Consummationẽ ecclesie per gloriã sem
piternam: in anima et carne veraciter suscitandam: et per cuius
oppositũ intelligitur eterna damnatio reproborũ. Si vis ergo
saluus esse frater: ita de mysterio trinitatis sentias. Deinde ex-
primat ei sacerdos alios septem articulos ad christi humanitatẽ
pertinentes hoc modo. Similiter frater carissime necessariũ est
ad eternam salutem vt credas et confitearis domini nostri iesu

christi incarnationem/seu veram carnis assumptionem per spiritum sanctū ex sola virgine gloriosa. ij. Verā incarnati dei natiuitatem ex virgine incorrupta. iij. Veram christi passionem & mortem sub tyrannide pylati. iiij. Verā christi descensionem ad inferos in anima ad spoliationē tartari quiescente corpore christi in sepulchro. v. Verā christi dei tertia die a morte resurrectionem. vj. Veram ipsius ad celos ascensionem. vij. Ipsius venturi ad iudicium certissimam expectationem. Hec est fides catholica frater quam nisi fideliter firmiter& credideris: sicut sancta mater ecclesia credit: saluus esse non poteris. ¶ Et si est infirmus laicus vel simpliciter litteratus fuerit tunc potest sacerdos articulos fidei in generali ab eo inquirere sub hac forma ¶ Carissime frater credis patrem et filium et spiritū sanctum esse tres personas et vnū deum et ipsam benedictā atq indiuisibilem trinitatem creasse omnia creata visibilia et inuisibilia et solum filiū de spiritu sctō conceptū incarnatū fuisse ex maria virgine: passum et mortuū pro nobis in cruce sub pontio pylato: & sepultū descendisse ad inferna: die tertia resurrexisse a mortuis: ad celos ascendisse. Iterum& venturum ad iudicandū viuos et mortuos omnes& homines tūc in corpore et anima resurrecturos bona et mala secundum merita sua recepturos: & remissionem peccatorum per sacramentorum ecclesie perceptionem: et sanctorum communionem: id est omnes homines in caritate existentes / esse participes omniū bonorum gratie que fiunt in ecclesia: et omnes qui communicant cum iustis hic in gratia communicare cum eis in gloria. ¶ Deinde respondeat infirmus. Credo firmiter in omnibus sicut sancta mater credit ecclesia protestando corā deo & omnibus sanctis continue hoc esse meam veram et firmā intentionem quomodocunq aliquis spiritus malignus memoriam meam aliter forte in futuro sollicitauerit perturbare. ¶ Deinde dicat sacerdos. ¶ Carissime frater quia sine caritate nihil proderit tibi sola fides: testante apostolo qui dicit. Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam/caritatem autem non habuero nihil sum: et ideo oportet te diligere dominum deum tuum super omnia ex toto corde tuo/et ex tota anima tua: et proximū tuum propter deum sicut teipsum: nam sine huiusmodi caritate nulla

fides valet. Exerce ergo caritatis opera dum vales: & si multum tibi affuerit: abundanter tribue: si autem exiguũ: illud impartiri stude: & ante oĩa si quẽ iniuste leseris: satisfacias si valeas: sin autem: expedit vt eo veniã humiliter postules: dimitte debitoribus tuis et illis qui in te peccauerunt vt deus tibi dimittat: odientes te diligas: pro malis bona retribuas: dimitte inquit saluator et dimittetur vobis. Spem etiam firmam et bonã fiduciam frater oportet te habere in deo et in misericordia sua: et si occurrerit cogitatui tuo multitudo peccatorũ tuorum: dole: sed nullo modo desperes: immo cogita quoniam testatur scriptura misericordie eius super omnia opera eius: et illi soli proprium est semp misereri et parcere: et secundũ altitudinẽ celi a terra corroborauit misericordiã suam sup timentes se. Spera igitur in deo et fac bonitatem: quoniam sperantem in dño misericordia circũdabit qui sperant in domino habebunt fortitudinẽ et assument pẽnas vt aquile volabunt et non deficient: volabũt enim a tenebris ad lumẽ a carcere ad regnum: a miseria presenti ad gloriam sempiternam ¶ Deinde stabilito sic infirmo in fide caritate & spe dicat ei sacerdos. Carissime frater si velis ad visionem dei peruenire: oportet omnino ꝙ sis mũdus in mente et purus in conscientia: ait enim christus in euangelio. Beati mũdo corde: quoniam ipsi deũ videbunt. Si ergo vis mundũ cor & conscientiã sanã habere peccata tua vniuersa cõfitere oris eni cõfessio fit ad salutem Ut ait apostolꝰ. Et qa forte ante hoc aut per obliuionẽ aut verecũdie cõfessionẽ aliqua peccata tua vel eorum circunstantias aggrauãtes omisisti: truncasti: abscondisti: vel minus cõfessus fuisti ideo iam resume ab inicio & confitere quoniam in proximo est vt viã vniuerse carnis ingressurus sis: et tunc amplius confiteri non poteris: dic ergo vni peccata tua: vt deus coram multis milibus in die iudicij ea tegat. Si tu autem hic ea tegas et abscondas in omnium conspectu: ad tui confusionẽ in die iudicij denudabuntur. Recogita ergo omnes annos tuos in amaritudine anime tue et non sit tibi solicitudo de aliqua creatura vel rebus mundanis: sed omnem solicitudinem tuam proijce in deum: et noli esse immemor salutis anime tue: multum tempus in vanũ transegisti: nũc vna hora tibi forte tantum superest in hac vita

et ideo hanc expende totaliter in vtilitatem et commodum ani=
me tue. Surge frater de lacu miserie et de luto peccati per con=
fessionem. Grandis enim tibi restat via. Surge ergo vt lotus la
chꝛimis contritionis comedere valeas panem vite hoc est sacra=
mentum coꝛpoꝛis chꝛisti quod erit tibi in via hac qua gradieris
robur et fulsimentum: et ambulabis per dei gratiã in foꝛtitudi=
ne cibi illius vsqꝫ ad montem dei: quod tibi concedat omnium fi
delium redemptoꝛ dei filius iesus chꝛistus. Amen

¶ Deinde audita integra confessione infirmi: et factis interro=
gationibus expedientibus iniungat sacerdos infirmo: ꝙ si quid
iniuste alieni habuerit: vel si quem iniuste leserit seu damnifica=
uerit: reddat et satisfaciat si valeat: sin autem / veniam humili=
ter postulet attamen non iniungat ei sacerdos aliquam peniten
tiã sed dicat ei benigniter hoc modo. Frater tu tot et talia pec=
cata commisisti: pꝛo quibus si tu esses sanus talem penitentiam
deberes agere vsqꝫ ad tale tempus: manifestẽdo ei illam peni=
tentiam in speciali: sed quia infirmus es ⁊ foꝛte vita tua ad hoc
peragendum extendere nõ valebit: ideo nõ iniungo tibi aliquã
penitentiã: volo tamen quod si foꝛte discesseris: facias talem ele
mosinam vel ad minus iniungas amicis vel executoꝛibus tuis
ipsam facere ex parte tua: pꝛo ipsa penitẽtia: assignando ipsam
elemosinam in speciali. Si autem conualueris: penitentiam ti=
bi notificaui adimpleas vel iterum humiliter de nouo redeas ad
confessionem: vel mihi vel alij qui tibi absolutionis beneficiũ in
hac parte de iure conferre valeat et debeat. Et cõcedo tibi ꝙ om
nes indulgentie quoꝛumcunqꝫ pꝛelatoꝛum tibi concesse seu qua
litercunqꝫ concedende: eoꝛumqꝫ benedictiones: omnes aque be=
nedicte aspersiones: deuote pectoꝛis tui tunsiones: coꝛdis tui con
tritiones: ista confessio et omnes alie confessiões tue deuote: om
nia ieiunia abstinentie / elemosine / vigilie / discipline / oꝛatiões
et peregrinationes / et omnia alia bona que fecisti vel facies: et
omnia mala que pꝛo deo siue iniuste sustinuisti / vel sustinebis:
passio saluatoꝛis domini nostri iesu chꝛisti / meritaqꝫ beate ⁊ glo
riose virginis marie / et omnium alioꝛum sanctoꝛum: necnõ suf=
fragia totius sancte ecclesie catholice: cedãt tibi in remissionem
istoꝛum et omnium alioꝛum peccatoꝛum tuoꝛum in augmenta=

tionem meritorũ et consecutionem premiorũ eternorũ amẽ. Deinde dicat sacerdos hoc modo. Misereatur tui omnipotens deus et dimittat tibi omnia peccata tua liberet te ab omni malo: cõseruet et confirmet in bono et ad vitam perducat eternã Amen.

¶ Deinde absoluat sacerdos infirmum / ab omnibus peccatis suis hoc modo dicens.

Dominus noster iesus christ⁹ pro sua magna pietate te absoluat: et ego auctoritate eiusdem dei dñi nostri iesu christi: et beatorum apostolorũ petri et pauli / et auctoritate mihi tradita absoluo te ab omnibus peccatis hijs: de quibus corde contritus et ore mihi confessus es: et ab omnibus alijs peccatis tuis de quib⁹ si tue occurrerent memorie libenter cõfiteri velles: et sacramẽtis ecclesie te restituo. In nomie pris et filij ꝛ spũs scti Amẽ.

¶ Notandum est ꝙ licet sacerdos possit de facto absoluere infirmum in articulo mortis ab omnibus peccatis suis: tamen si aliquis casus occurrat in cõfessione a quo ipse sacerdos eũ alias de iure absoluere non posset iniungendũ est infirmo ꝙ cum cõualuerit presentet se illi ad confitendum qui eum de iure vel consuetudine in hac parte absoluere debeat recepturus eius mandata et satisfacturus: nam alias reincidit in eandem sententiam quam prius sustinuit. Si infirmus bullam habeat apostolicam de plena absolutione et remissione oim peccatorũ suorũ semel in articulo mortis concessam: tũc primo legat sacerdos effectũ bulle: dein de ceteris pactis vt predictũ est fiat ei⁹ absolutio sub hac forma.

Dominus noster iesus christus pro sua magna pietate / te absoluat: et ego auctoritate eiusdem dei et domini nostri iesu christi et beatorum apostolorum petri ꝛ pauli domini nostri dñi. N. diuina prouidentia summi pontificis ꝛ virtute gratie tibi concesse: et electionis qua me in tuum confessorem elegisti in hac parte mihi commissa: absoluo te ab omnibus peccatis tuis / de quibus corde contritus et ore mihi cõfessus es: et ab omnibus alijs peccatis tuis / de quibus si tue occurrerent memorie confiteri velles: ab omni factione votorũ et omni omissione salutarium penarum sacramentaliter tibi iniunctarũ: et ab omni transgressione diuinorum mandatorum tibiq3 concedo plenam indulgentiam omnium peccatorum tuorum in quantũ claues ecclesie

et potestas domini pape se extendunt. Et si immiscendo te diuinis sic innodatus es: aut unq̃ fuisti q̃ð aliq̃ notã irregularitatis cõtraxisti/vel penam suspensionis interdicti seu excõmunicationis incurristi: eadem auctoritate tollo et ammoueo tecũq̃ dispenso: et sacramentis ecclesie te restituo. In nomine patris et filij: et spiritus sancti amen. Deinde dicat sacerdos orationem sequẽtem cum Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Pretende domine huic famulo tuo dexterã celestis auxilij: vt te toto corde perquirat: et que digne postulat assequatur. Per christũ dominũ nostrũ. ℞. Amẽ. Sequatur. Be✠nedictio dei patris omnipotentis: et filij: et spiritus sancti super te descendat et maneat semper amen. Deinde osculetur crucem infirmus et sacerdotem: et postea omnes alios per ordinem et interim dicat sacerdos morosius. Dñs vobiscum. et Oremus. Orõ.

Deus misericors deus clemens: qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata penitentium deles: et preteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas: respice super hunc famulum tuum N. sibi remissionem omnium peccatorũ suorum tota cordis contritione poscentem: renoua in eo pijssime pater quicquid dyabolica fraude violatum est: et vnitati corporis ecclesie tue membrum infirmum peccatorum percepta remissione restitue: miserere domine gemituum eius: miserere lachrymarum: miserere tribulationum atq̃ dolorum: et non habentem fiduciam nisi in tua misericordia: ad sacramentũ reconsiliationis admitte. Per christũ dñm no. Orẽ⁹. Oratio

Da nobis quesumus domine vt sicut publicani precibus et confessione placatus es: ita et huic famulo tuo. N. benignus aspira: vt in confessione flebili permanens misericordiam tuã celeriter consequatur sacrisq̃ altarib⁹ restitutis: rursusq̃ diuino famulatui mancipet. Per christũ dñm no. Amẽ. Absolutio

Absoluimus te. N. vice beati petri apostolorum principis cui dominus potestatẽ ligãdi atq̃ soluendi dedit: et quãtum ad te pertinet accusatio et ad nos remissio: sit tibi omnipotens deus vita et salus et omnium peccatorum tuorum pius indultor. Qui viuit et regnat cũ deo patre in vnitate spiritus sancti deus. ¶De extrema vnctione. Priusq̃ vnguatur infirmus

incipiat sacerdos. Añ. Saluator mũdi. Deinde dicatur Psalmus
In te domine speraui non confundar in eternum: in iusticia
tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurem tuam et
salua me. Esto mihi in deum protectorem: et in locũ munitum
vt saluum me facias. Quoniam firmamentum meum: et refu=
gium meũ es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris: & de
manu cõtra legẽ agẽtis et iniqui. Quoniã tu es patientia mea:
dñe spes mea a iuuẽtute mea. In te cõfirmatus sum ex vtero: de
ventre matris mee tu es protector meus. In te cãtatio mea sem
per: tanq; prodigium factus sum multis et tu adiutor fortis. Re
pleatur os meum laude: vt cantem gloriam tuam tota die ma=
gnitudinẽ tuam. Ne proicias me in tempore senectutis: cũ defe
cerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei
mala mihi: et qui custodiebant animã meam consiliũ fecerunt
in vnũ. Dicentes deus dereliquit eum: persequimini et cõpre=
hendite eũ quia non est qui eripiat. Deus ne elongaueris a me:
deus meus in auxilium meũ respice. Confundantur & deficiant
detrahentes aĩe mee: operiantur confusione et pudore: qui que=
runt mala mihi. Ego autem semper sperabo: et adijciam super
omnem laudem tuam. Os meum annunciabit iusticiam tuam
tota die salutare tuum. Quoniã nõ cognoui litteraturã introi
bo in potentias domini: dñe memorabor iusticie tue solius. De
us docuisti me ex iuuentute mea: et vsq; nunc pronunciabo mira
bilia tua. Et vsq; in senectam et senium: deus ne derelinquas
me. Donec annunciem brachium tuum: generationi omni que
ventura est. Potentiã tuã et iusticiam tuã deus vsq; in altissi=
ma que fecisti magnalia deus quis similis tibi. Quantas osten
disti mihi tribulatiões multas et malas: et cõuersus viuificasti
me: & de abissis terre iterũ reduxisti me. Multiplicasti magnifi=
centiam tuam: et conuersus consolatus es me. Nam et ego con
fitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: deus psallam tibi in
cythara sanctus israel. Exultabunt labia mea cum cantauero
tibi: et aĩa mea quã redemisti. Sed et lingua mea tota die me=
ditabitur iusticiam tuam cum confusi et reuereti fuerint qui que
runt mala mihi. Finito psalmo tunc. Gloria patri & filio & spiri
tui sctõ. Sicut erat in principio et nunc. &c. tota dicatur. Añ.

Saluator mundi salua nos qui per crucem et sanguinem redemi sti nos auxiliare nobis te deprecamur deus noster. Tunc dicat sacerdos. Dominus vobiscum. et. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui beatum iacobum apostolum tuũ locutus es dicens: infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesie et orent super eũ vngentes oleo sancto in nomine domini ꝛ oratio fidei saluabit infirmũ: et alleuiabit eum dñs: et si in peccatis sit dimittẽtur ei: dignare per manus nostras hũc famulũ tuũ. N. infirmũ de oleo sanctificato vngere et virtute benedictiõis tue saluti pristine restituere: vt quod exterius per ministeriũ nr̃m efficit hoc iterius spiritualiter tua diuina virtus ac inuisibiliter tua malagmata operẽtur. Per dñm. Tunc sacerdos accedẽs ad infirmũ incipiat psalmũ sequẽtẽ in quẽ chorꝰ vel clericꝰ totũ ꝓsequatur: ꝛ sic fiat de ceteris psalmis sequẽtibꝰ. ps

Usqquo domine obliuisceris me in finem: vsqquo auertis faciem tuam a me. Quã diu ponã consilia in anima mea dolorem in corde meo per diem. Usqquo exaltabitur inimicus meus super me: respice et exaudi me dñe deus meus. Illumina oculos meos ne vnꝙ obdormiã in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Qui tribulant me exultabũt si motus fuero: ego autẽ in misericordia tua speraui. Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi et psallã nomini dñi altissimi. Gloria patri. Sicut erat

¶ Dum dicitur predictus psalmus a choro vel a clerico accipiat interim sacerdos oleum infirmorum super pollicem dextrum et sic cum illo pollice tangat infirmum cum oleo signum sancte crucis faciens super vtrumqꝫ oculum incipiendo ad dextrum et dicat sacerdos hoc modo.

Per istam vnctionem et suam piissimã misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per visum. ℟. Amen. Sequatur psalmus.

Exaltabo te domine quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Domine deus meus clamaui ad te et sanasti me. Domine deduxisti ab inferno animã meam: saluasti me a descentibus in lacũ. Psallite dño sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius. Ad vesperum demorabitur

fletus: et ad matutinū leticia. Ego autem dixi i abūdantia mea
non moueboꝛ in eternum. Domine in voluntate tua: pꝛestitisti
decoꝛi meo virtutem. Auertisti faciem tuam a me: ⁊ factus sum
conturbatus. Ad te domine clamabo: et ad deum meum depꝛe
caboꝛ. Que vtilitas in sanguine meo dum descendo in coꝛruptio
nem. Numquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veri=
tatem tuam. Audiuit dominus ⁊ misertus est mei: dominus fa=
ctus est adiutoꝛ meus. Conuertisti planctum meum in gaudi=
um mihi: conscidisti saccum meum et circūdedisti me leticia. Vt
cantet tibi gloꝛia mea et non compungar: domine deus meus in
eternum confiteboꝛ tibi. Gloꝛia patri et filio et spiritui sancto.

Per istā vnctionem et suam (Deinde super aures dicens
pijssimam misericoꝛdiam indulgeat tibi dominus quic=
quid peccasti per auditum. ℟ Amen. Sequatur. Psalmus

Iudica me deus ⁊ discerne causam meam de gente non san
cta: ab homine iniquo et doloso erue me. Quia tu es deus
foꝛtitudo mea: quare me repulisti/ et quare tristis incedo dum af
fligit me inimicus. Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ip=
sa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in
tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deum qui letifi=
cat iuuentutem meam. Confiteboꝛ tibi in cythara deus deus
meus: quare tristis es anima mea et quare conturbas me. Spe=
ra in deo meo quoniam adhuc cōfiteboꝛ illi salutare vultus mei
et deus meus. Gloꝛia patri. Deinde super labia dicens

Per istam vnctionem et suam pijssimam misericoꝛdiam in
dulgeat tibi dominus quicquid peccasti per gustum et illi=
(cita verba. ℟. Amē. Sequatur. ps.

Deus in noie tuo saluū
me fac: et in virtute tua iudica me. Deus exaudi oꝛatio=
nē meā: auribus percipe verba oꝛis mei. Quoniā alieni insur=
rexerūt aduersū me ⁊ foꝛtes quesierūt aiam meā: ⁊ nō ꝓposuerūt
deū ante conspectū suū. Ecce eni deus adiuuat me: et dominus
susceptoꝛ est anime mee. Auerte mala inimicis meis: et in veri=
tate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: ⁊ confiteboꝛ
nomini tuo domine: quoniam bonum est. Quoniam ex omni
tribulatione eripuisti me: ⁊ super inimicos meos despexit oculus
meus. Gloꝛia pꝛi et filio et spiritui scō. Deinde sup nares dicēs

PEr istam vnctionē et suam pijssimā miām indulgeat tibi dñs qcqd peccasti per odoratū. ℟. Amen. Sequatur. ps.

DEus in adiutoriū meū intende: dñe ad adiuuandū me festina. Cōfundātur ꝛ reuereāt: q̄ q̄runt aīam meā. Auertant retrorsum ꝛ erubescāt: qui volūt mihi mala. Auertant statim erubescētes: q̄ dicūt mihi euge euge. Exultēt et letent in te oēs qui q̄rūt te: et dicāt semꝑ magnificetur dñs qui diligūt salutare tuū. Ego vero egenus ꝛ pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu: domine ne moreris. Gloria.

Manus sacerdotis infirmi debēt inungi ꝑtibus exterioribus. nā et eps̄ linebat in ꝑtibus interioribus. Manus vero cuiuscūq; alterius infirmi debēt inungi interius. deinde sup manus ita dicens

PEr istam vnctionē et suam pijssimā miām indulgeat tibi dñs quicqd peccasti per tactum. ℟. Amen. Sequatur. ps.

INclina dñe aurem tuam et exaudi me: quoniā inops ꝛ pauper sum ego. Custodi aīam meā quoniā sanctus sum: saluum fac seruū tuū de⁹ meus sperantē in te. Miserere mei dñe qm̄ ad te clamaui tota die: letifica animā serui tui quoniā ad te dñe aīam meā leuaui. Quoniā tu dñe suauis et mitis: et multe misericordie omnibus inuocantibus te. Auribus percipe dñe orationem meā: intēde voci deprecationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: q̄a exaudisti me. Non est similis tui in diis dñe: ꝛ non est secundum opera tua. Omnes gentes quascunq; fecisti venient et adorabunt coram te domine: et glorificabūt nomen tuū. Quoniā magnus es tu: ꝛ faciens mirabilia tu es deus solus. Deduc me dñe in via tua vt ingrediar in veritate tua: letetur cor meum vt timeat nomen tuum. Confitebor tibi dñe deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomē tuū in eternum. Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meā ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerūt super me et synagoga potentiū quesierūt aīam meā: ꝛ nō proposuerunt te in conspectu suo. Et tu dñe deus miserator et misericors patiens ꝛ multe misericordie et verax. Respice in me et miserere mei: da imperiū puero tuo ꝛ saluū fac filiū ancille tue. Fac mecū signū in bono vt videant qui oderunt me ꝛ cōfundantur: qm̄ tu dñe adiuuisti me: ꝛ cōsolat⁹ es me. Gloria. Deinde sup pedes ita dicēs.

De extrema vnctione.

PEr istam vnctionem et suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per incessum pedum. ℟. Amen. Sequatur psalmus.

DOmine deus salutis mee: in die clamaui ꝛ nocte coram te. Intret in cōspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuā ad precem meam. Quia repleta est malis anima mea: et vita mea in inferno appropinquauit. Estimatus sum cū descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorum nō es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in vmbra mortis. Super me cōfirmatus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abhominationē sibi. Traditus sum et non egrediebar: oculi mei languerunt pre inopia. Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manꝰ meas. Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt et confitebūtur tibi. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: et veritatem tuam in perditionem. Nūquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: ꝛ iustitia tua in terra obliuionis. Et ego ad te dn̄e clamaui: et mane oratio mea preueniet te. Ut quid dn̄e repellis orationem meam: auertis faciem tuam a me. Pauper sum ego et in laboribus a iuuētute mea: exaltatus autē humiliatus sum ꝛ cōturbatus. In me transierūt ire tue: ꝛ terrores tui cōturbauerunt me. Circumdederunt me sicut aqua tota die: circūdederūt me simul. Elōgasti a me amicum ꝛ proximū: et notos meos a miseria. Gloria patri. ¶ Deinde in dorso inter lumbos maris vel super vmbilicum mulieris ita dicens.

PEr istam vnctionem et suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per illicitas cogitationes et per ardorem libidinis. ℟. Amen. Tunc erigens se sacerdos lauet manus suas cū sale ꝛ aqua in vase quo stuppe olei ponuntur: que igne cremientur et in cimiterio fodeantur. Postea dicat sacerdos super infirmum benedictionem hoc modo.

IN noīe patris ꝛ filij et spūs sancti sit tibi hec olei vnctio ad purificationē mentis et corporis: ꝛ ad munimē et defensionē contra immundorū spirituū. ℟. Amen. Sequatur psalmus.

DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incẽsum in conspectu tuo: eleuatio manuũ mearum sacrificiũ vespertinum. Pone dñe custodiam ori meo: et ostium circunstãtie labijs meis. Nõ declines cor meũ in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Cũ hominibus operãtibus iniquitatẽ: et nõ cõmunicabo cũ electis eorũ. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleum autẽ peccatoris non impinguet caput meũ. Quoniã adhuc et oratio mea in beneplacitis eorũ: absorti sunt iuncti petre iudices eorum. Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram. Dissipata sũt ossa nostra secus infernũ: quia ad te dñe domine oculi mei in te speraui: nõ auferas animã meã. Custodi me a laqueo quẽ statuerũt mihi: et ab scãdalis opantiũ iniquitatẽ. Cadẽt in rhetiaculo eius peccatores singulariter sũ ego donec transeam. Gloria pri. Deinde dicat sacerdos Dñs vobiscũ. et Oremꝰ Oratio.

DOmine deus saluator noster qui es vera salus et medicina: a quo omnis sanitas et omne medicamẽtũ venit: quiqꝫ nos apostoli tui iacobi documẽto instruxisti: vt lãguentes olei liquore orantes tangeremus: respice propitius super hũc famulũ tuũ. N. quem languor cruciat ad exitum et virium defectus protrahit ad occasum: medela gratie tue saluti restituat castigatum extingue in eo clemẽtissime deus omniũ febriũ estus: dolorum stimulos: et cunctorum languorum cruciatus: viscerum quoqꝫ et secretorum interna medicina: atqꝫ medullarum discrimina sana: compagum etiam et artuum dele cicatrices: veteres et acerbas compesce passiones: reformetur in eo carnis ac sanguinis quam creasti perfecta materies: sicqꝫ illũ iugiter tua custodiat pietas: vt nec ad corruptionem aliquando sanitas: nec ad perditionem perducat infirmitas: sed fiat illi hec sacra olei perunctio concita morbi presentis et languoris expulsio: et peccatorũ omnium exoptata remissio. Per te saluator mundi. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuit et regnat deus. Per omnia scła scłor amen.

Facta vnctione vt predictum est expediens erit vt sacerdos ante communionem inquirat ab infirmo an aliqua alia peccata sibi ad memoriam occurrant de quibus non erat confessus nam pos-

esse quod per preces deuotas orationes sacerdotis siue aliorum deus cor infirmi illustraret et daret ei gratiã verius et plenius cõfitẽdi. Et postea iterroget eũ sacerdos si recognoscat corp⁹ et sanguinẽ dñi nostri iesu christi sic dicendo. Frater credis ꝙ sacramentum quod tractatur in altari sub forma panis est verũ corpus et sanguis dñi nostri iesu christi. Respondeat infirmus Credo. Deinde cõmunicetur infirmus nisi prius communicatus fuerit: et nisi de vomitu vel alia irreuerẽtia probabiliter timeatur: in quo casu dicat sacerdos infirmo. Frater in hoc casu sufficit tibi vera fides et bona volũtas tãtũ crede et mãducasti. Et nota ꝙ sacerdos infirmis cõmunicandis stola induetur. Unde cõmunicans sacerdos infirmũ dicat Corpus dñi nri iesu christi custodiat corpus tuum et animam tuam in vitam eternam amen. Deinde dicat sacerdos sine Dominus vobiscum sed tantum cum Oremus orationẽ sequentẽ que nõ dicat nisi tãtũ quãdo infirm⁹ cõicatur oro

DOmine sancte pater omnipotens eterne deus te fideliter deprecamur: vt accipienti huic fratri nostro. N. sacrosanctũ corpus et sanguinem filij tui dñi nostri iesu christi tam corporis ꝙ anime sit salus amen. Deinde sequatur. Psalmus.

LAuda aĩa mea dñm: laudabo dñm in vita mea psallã deo meo ꝙ diu fuero. Nolite confidere i principibus: nec in filijs hominũ in quibus nõ est salus. Exibit spiritus eius et reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eius in domino deo ipsius qui fecit celum et terram: mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum: facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos. Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas pupillum et viduã suscipiet: et vias peccatorꝫ disperdet. Regnabit dominus in secula deus tuus syon: in generatione et generationem. Gloria patri. Quo finito dicat sacerdos. Oremus. Oratio.

DEus q̃ peccatores ⁊ scelerũ onere vulneratos sacerdotibus tuis ostẽdere iussisti: deus qui discipulis tuis manus super infirmos vt benehaberent ponere precepisti Deus qui per apostolorũ manus infirmos sacro oleo vngere: ⁊ pro eis orare docuisti.

Deus qui per impositionem manuum sacerdotũ cum sancti nominis tui inuocatione peccata relaxare voluisti: exaudi orationes nostras: & da huic famulo tuo N. infirmitatis noxa oppresso per hoc sacrosanctũ mysteriũ quod nos indignos famulos tuos agere voluisti remissionum omnium peccatorum: quatinus per hãc sacrati olei vnctionẽ corporis et sanguinis tui susceptionem atq; manus nostre impositionem: cuncta ei facinora spiritus gratia relaxent: sanitas anime et corporis restituatur: vt nõ ei plus noceat conscientie reatus ad penã: ꝙ indulgentia tue pietatis ad emendationem prosit et veniam: te concedente saluator mundi. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate eiusdem. &c. Deinde benedicat sacerdos infirmũ dicens sic. Benedicat ✠ te de⁹ pater qui in principio cuncta creauit. ℟. Amen. Et sic respondeatur ad singulas benedictiones. Sanct te dei fili⁹. Amen. Illuminet te spiritus sanctus. Amen. Corpus tuũ custodiat. Amen Animã tuam saluet. Amen. Cor tuum irradiet. Amen. Sensum tuum dirigat: et ad supernam patriã te perducat qui in trinitate perfecta viuit et regnat deus. Per oĩa. Alia benedictio.

Bene✠dicat te deus celi. Amen. Adiuuet te christus filius dei. Amen. Corpus tuum in suo sancto seruitio custodiri et conseruari faciat. Amen. Mentem tuam illuminet. Amen. Sensum tuũ custodiat. Amen. Gratiã suam ad profectũ anime tue in te augeat. Amẽ. Ab omni malo te liberet. Amẽ. Omnia peccata tua deleat. Amen. Dextera sua te defendat. Amen Qui sanctos suos semper adiuuat ipse te adiuuare et conseruare dignetur. Qui viuis et regnas deus per oĩa. Alia benedictio.

Bene✠dicat te deus pater qui in principio cuncta creauit. Bene✠dicat te dei filius qui de supernis sedibus pro nobis saluandis descendit: et crucem subire non recusauit. Amen. Bene✠dicat te spiritus sanctus qui in similitudine columbe in flumine iordanis in christo requieuit. Amen. Ipse te in trinitate sanctificet quem omnes gentes venturum expectant ad iudicium. Qui cum deo patre et eodem spiritu sancto. Amen. Finito hoc officio conuenienter dici poterunt ab infirmo languente in extremis si placeat oratio: subscripte vel earum alique vz. ps. Miserere &. Item. ps. Deus in nomine tuo. Item. h⁹. Miseri

pe me secundum eloquium tuum et viuam: et non confundas me ab expectatione mea et que est expectatio mea nonne dominus vel sic. Dñe iesu christe suscipe spiritū meum. Item. Deus propitius esto mihi peccatori. Item. v. In manus tuas dñe commendo spiritum meū redemisti me dñe deus veritatis. Item. v. Delicta iuuentutis mee: et ignorantias meas ne memineris. Item v. Ab occultis meis mūda me dñe &c. Item. v. Ne proiicias me domine in tempore senectutis cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. ¶ Sciendum est autem quod non licet alicui ministrare sacramentū vnctionis extreme nisi tantum sacerdoti: vnde si aliquis nō sacerdos attentaret hoc facere nichil faceret consecratio. ¶ Loca vero vngenda sunt supradicta et non alia nisi in mutulatis: in quibus debet inungi loca magis propinqua. Et notandum est q si sacerdos iam aliquibus partibus inunctis alijs restantibus ad vngendum defecerit: partes cum vncte non sint iterato vngende: sed que restant vnctiones vngende per sacerdotem aliū compleantur. ¶ Potest enim sacerdos vno clerico presente infirmum inungere: et etiam sine clerico in necessitatis articulo. ¶ Moneant frequentes sacerdotes parochia. suos q omnes. xiiij. annorum et amplius se exhibeant ad sacramentum vnctionis extreme suscipiendum: quando metus mortis imminet. ¶ Doceant etiam eos q hoc sacramentū licite potest iterari sine aliqua sui iniuria: vnde quotiēs homo cōualuerit & noua infirmitas iterato superuenerit ex qua fuerit metus mortis: potest idē homo in vnaquaqz huiusmodi infirmitate inungi. ¶ In eadē quoqz infirmitate hoc sacramētū iterari potest nā in egritudine diuturna debet fieri quādo videtur deducere ad mortē. Et si illum articulū euadat eadem infirmitate durante etiā postea ad statū similē reducatur iterū potest inungi quia alius est infirmitas status licet sit eadē infirmitas: et si quis post hoc sacramētum conualuerit nihilominus ad opus coniugale: et ad omne opus honestum licite poterit reuerti. ¶ Hoc sacramentum nō est conferendum euntibus ad bellū; vel ad duellium peregrinis aut nauigantibus vel hijs qui statim occidendi sunt. ¶ Similiter pueri frenetici furiosi vel aliqui alij huiusmodi alienationē mentis patiētes eo q debitā discretionē deuotiōis & vere penitētie nō

habeant ad hoc sacramentū non admittantur: nisi forte ipsi frenetici furiosi vel amantes in sana mente cōstituti hoc sacramentū petierint vel alias ante huiusmodi passionē seu mētis alienatione de sua salute fuerint solliciti: eis nihilominus conferri hoc sacramentū eis fiducialiter ministrari. In cōst. lambeth. p. e. b.

¶ Nota q tempore interdicti non debet conferri sacramentum vnctionis extreme nec alia sacramenta except. bapt. confirmatione/penitentia/et viatico existentia in articulis mortis tantu conferendo. ¶ Cū vero anima in exitu seu dissolutiōis corporis visa fuerit laborare percutiat tabula minute & acriter: & tūc oēs clerici cū summa velocitate accurrāt et dicant. Credo in vnum. Require in missa sponsal. deinde dicāt. vij. psalmos penitentiales cū Gloria pa. vts. Quib⁹ dictis: subiungatur hoc capitulū.

Parce dn̄e parce famulo tuo quē redimere dignatus es preciosa sanguine tuo ne in eternū irascaris ei. Hoc capitulū dicat tribus vicibus tā a sacerdote q a toto cōuentu: ita tn̄ q sacerdos prius dicat: et cōuentus repetat. Deinde dicat sequens letania sine nota hoc modo

Pater de celis deus: miserere aie famuli tui. Fili redēptor mūdi de⁹: miserere aie famuli tui. Spūs scte de⁹: miserere aie famuli tui. Sctā trinitas vn⁹ de⁹: misere. Scte sctor̄ de⁹: misere. Qui es trin⁹ & vn⁹ deus: miserere. Sctā maria: intercede pro aia ei⁹. Sctā dei genitrix: inter. Sctā virgo virginū: inter. Sancte michael inter.

Sancte gabriel inter.
Sancte raphael inter.
Oēs sancti angeli et archangeli: intercedite pro aia eius.
Oēs sancti bonorū spirituum ordines intercedite p aia eius
Scte iohānes baptista inter.
Oēs scti patriarche et pphete. intercedite pro anima eius.
Sancte petre inter.
Sancte paule inter.
Sancte andrea inter.
Sancte mathee inter.
Sancte thoma inter.
Sancte iacobe inter.
Sancte iohannes inter.
Scte philippe Scte iacobe. it
Sancte bartholomee inter.
Sancte symon inter.
Sancte iuda inter.
Sancte mathia inter.
Sancte marce inter.
Sancte luca inter.
Sancte barnaba inter.
Oēs sancti apostoli & euāgeliste. intercedite pro aia eius.

Omnes sancti discipuli domini et innocentes intercedite.
Sancte stephane inter.
Sancte line inter.
Sancte clete inter.
Sancte clemens inter.
Sancte corneli inter.
Sancte laurenti inter.
Sancte sixte inter.
Sancte vincenti inter.
Sancte georgi inter.
Sancte fabiane inter.
Sancte sebastiane inter.
Sancte albane inter.
Sancte edmunde inter.
Sancte blasi inter.
Sancte dionysi cū socijs t. iter
Sācte eustachi cū socijs t. ite.
Sancte geruasi inter.
Sancte protasi inter.
Sancte cosma inter.
Sancte damiane inter.
Sancte iohānes & pauli inter.
Sācte crispine et crispiniane.
Intercedite pro anima eius.
Oēs sancti martyres inter.
Sancte benedicte inter.
Sancte siluester inter.
Sancte nicolae inter.
Sancte martine inter.
Sancte hylari inter.
Sancte ambrosi inter.
Sancte hieronime inter.
Sancte augustine inter.
Sancte birine inter.
Sancte swittine inter.
Sancte athelwolde inter.
Sancte dunstane inter.
Sancte cuthberte inter.
Sancte leonarde inter.
Sancte egidi inter.
Oēs sancti confessores inter.
Oēs scti mona. & here. inter.
Sctā maria magdale. inter.
Sctā maria egyptiaca inter.
Sancta felicitas inter.
Sancta perpetua inter.
Sancta cecilia inter.
Sancta lucia inter.
Sancta agatha inter.
Sancta agnes inter.
Sancta fides inter.
Sancta katharina inter.
Sancta scolastica inter.
Sancta iuliana inter.
Sancta margareta inter.
Sancta anastasia inter.
Sancta petronella inter.
Sancta editha inter.
Sancta brigida inter.

Oēs sctē virgines intercedite pro aīa eius. Oēs scti intercedite pro aīa eius. Propitius esto parce & dimitte ei oīa peccata sua dñe. Ab omni malo. Libera & defende aīam eius dñe. Ab hoste iniquo. Libera & defende aīam eius dñe. Ab insidijs et laqueis diaboli. Libera et defende aīam ei⁹ dñe. Ab incursu & maligno rū spirituū. Libera & defende aīam ei⁹ dñe. A timore inimicorum

Libera & defen. Ab ira tua. Libera & defen. A dānatione per-
petua. Libera & defen. A penis inferni. Libera & defen. A peri
culo mortis. Libera & defen. A pondere pctōꝝ. Libera & defen.
Per immensam pietatē tuā. Libera & defen. Per mysteriū sctē
incarnationis tue. Libera & defen. Per sanctā circūcisionē tuā.
Libera & defen. Per sanctā apparitionē tuā. Libera & defende.
Per baptismū tuū. Libera & defen. Per ieiuniū tuū. Libera et
defen. Per passionē & crucē tuā. Libera et defen. Per piissimā
mortē tuā. Libera & defen. Per gloriosam resurrectionē tuam.
Libera & defen. Per admirabilē ascēsionē tuā. Libera et defen.
Per aduentū scti spūs paracliti. Libera & de. Per intercessio-
nē oīm sctōꝝ tuoꝝ. Libera & defen. In die iudicij. Libera & de.
Peccatores. Te rogam⁹ audi nos. Ut aīam famuli tui de prin
cipibus tenebrarū & de locis penaꝝ liberare digneris. Te roga.
Ut eā ab inferorū cruciatib⁹ liberare digneris. Te ro. Ut cun
cta eius pctā obliuioni perpetue tradere digneris. Te ro. Ut ei
oēs lubrice temeritatis offensas dimittere digneris. Te ro. Ut
delicta iuuētutis eius & ignorātias nō reminiscaris. Te ro. Ut
quicqd vitiorū fallente diabolo & ppria iniquitate atq3 fragilita
te cōtraxit clemēter indulgere digneris. Te ro. Ut eū in pacis
ac lucis regione cōstitue ac lucis regiōe cōstituere digneris. Te.
Ut ei gaudiū & exultationē in regno tuo cū sctis et electis tuis
donare digneris. Te ro. Ut nos exaudire digneris. Te ro. Fi
li dei. Te ro. Agnus dei qui tollis pctā mundi. Miserere anime
ei⁹. Christe iesu. Miserere aīe ei⁹. Agn⁹ dei qui tollis pctā mū
di. Dona ei pacē eternāq3 felicitatē & gloriā sempiternā. Amen

Proficiscere aīa christiana de hoc mūdo in noīe dei patris
omnipotentis qui te creauit amen. In nomīe iesu christi
filij eius qui pro te passus est amen. In nomine spiritus san-
cti qui in te effus⁹ est amē. In nomine angelorū & archangelorū
amen. In nomine thronorū et dominationū amen. In nomi
ne principatuū & potestatuū et oīm celestiū virtutū amē. In no
mine cherubin & seraphin amen. In nomine patriarcharum et
prophetarū amen. In nomine apostolorū et martyrum amen.
In nomine confessorū et episcoporū amen. In nomine sacer-
dotū et leuitarū et omniū ecclesie catholice graduū amen. In

nomine monachorũ et anachoritarũ amen. In nomine virginũ ꝛ fideliũ viduarũ hodie in pace locus tuus fiat ꝛ habitatio tua in celesti hierusalem. Amen. Oremus. Oratio.

SUscipe itaqꝫ domine seruum tuum in bonum: et lucidum habitaculum tuum amen. Libera domine animam serui tui ex omnibus periculis infernorum ꝛ de locis penarum et de omnibus doloribus tribulationum amen. Libera domine animam serui tui sicut liberasti enoch ꝛ helyam de morte communi amen. Libera dñe animam serui tui sicut liberasti loth de sodomis ꝛ de flamma ignis amen. Libera dñe animã serui tui sicut liberasti ysaac de manibus patris sui abrahe amẽ. Libera dñe animã serui tui sicut liberasti moysen de manu pharaonis amen Libera dñe animã serui tui sicut liberasti iob de passionibꝰ suis amẽ. Libera dñe animã serui tui sicut liberasti dauid de manu golie et de manu saul regis amen. Libera domine animam serui tui sicut liberasti danielem de lacu leonum amen. Libera domine aĩam serui tui sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis amen. Libera dñe aĩam serui tui sicut liberasti susannã de falso crimĩe amẽ. Libera dñe aĩam serui tui sicut liberasti petrũ et paulũ de vinculis amẽ Sicut liberasti sctõs seruos tuos de tormẽtis sic liberare digneris aĩam serui tui de gehẽnis incẽdijs et ab omnibus angustijs. Amen. ¶ Sequatur cõmẽdatio animarũ et dicat in camera vel in aula sine nota iuxta corpus ꝛ oĩa subsequẽtur similiter vsqꝫ ad processi. ad hominẽ mortuũ suscipiendum Post commendationẽ sequatur. ℟ Subuenite sancti dei occurrite angeli domini suscipientes animam eius. Offerentes eam in conspectu altissimi. ℣ Suscipiat te christus qui vocauit te in sinu abrahe angeli deducant te. Offerentes Sequatur oratio sine Dominus vobiscũ et sine Oremus. Oratio.

TIbi dñe commendamus animã famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat et que per fragilitatẽ mundane conuersationis pctã admisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per eundẽ christũ dñm nostrũ amen. Oremus. Oratio.

MIsericordiã tuam domine sctẽ pater omnipotens eterne deꝰ pietatis affectu rogare pro alijs cogimur: qui pro nostris supplicare peccatis nequaꝗ̃ sufficimꝰ tamẽ de tua cõfisi gra

tuita pietate et inolita benignitate clemetiam tuã deposcimus: vt animam famuli tui. N. ad te reuertentem cum pietate suscipias: assit ei angelus testamenti tui michael et per manus sanctorum angelorum tuorũ in sinu abrahe patriarche tui eam collocare digneris quatenus liberata de principibus tenebrarũ et de locis penarũ nullis iam primeue natiuitatis vel ignorãtie: aut proprie iniquitatis seu fragilitatis confundatur erroribus: sed potius agnoscat a tuis et sancte beatitudinis requie perfruatur: atq cum magni iudicij dies aduenerit: inter sanctos et electos tuos aggregata gloria manifeste cõtemplationis tue ppetue satietur. Per christũ. Añ. Suscipiat te christus qui vocauit te & in sinu abrahe angeli deducãt te. Ps. In exitu. totus ps dicatur sine Glo. patri. vt inferius patebit: scilicet in officio sepulture. Quo finito dicat sacerdos. Dominus vobiscum et. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus: qui humano corpori animam ad similitudinẽ tuã inspirare dignatus es: dum te iubente puluis in puluerem reuertitur: tu ymaginem tuã cũ sanctis et electis tuis eternis sedibus precipias sociari: eamq ad te reuertentem de egypti partibus blãde leniterq suscipias et angelos tuos sanctos ei obuiã mittas viamq illi iusticie demonstrã et portas glorie tue illi aperi: repelle q̃s ab eo omnes principes tenebrarum et agnosce depositũ fidele quod tuũ est. Suscipe dñe creaturam tuã non ex dijs alienis creatã sed a te solo deo viuo et vero: quia nõ est alius deus preter te dñe: et nõ est secundũ opera tua letifica clementissime pater animam serui tui. N. et clarifica eam in multitudine misericordie tue ne memineris quesumus iniquitatum eius antiquarum et ebrietatem quas suscitauit feruor mali desiderij: licet enim peccauerit tamen te nõ negauit sed signo fidei insignitus te qui omnia et eum inter omnia fecisti fideliter adorauit. Qui viuis et regnas deus Per omnia secula seculorũ. Amen Añ. Chorus angelorum. Psalmus.

Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis mee Quia inclinauit aurem suã mihi: et in diebus meis inuocabo. Circũdederũt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem et dolorẽ inueni: et nomen domini inuocaui. O domine libera animam meã misericors dominus

et iustus: et deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum et liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animā meā de morte oculos meos a lachrymis pedes meos a lapsu. Placebo domino: in regione viuorum. Psalmus.

Credidi propter qđ locutus sum: ego autē humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. Quid retribuam dño: pro omnibus que retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo. Uota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini: mors sanctorum eius. O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus et filius ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen dñi inuocabo. Uota mea domino reddā in conspectu omnis populi eius: in atriis domus domini in medio tui hierusalem. Psalmus.

Laudate dominū omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniā confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet in eternum. Psalmus.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniā in seculum misericordia eius. Dicat nunc israel quoniā bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus aaron: quoniā in seculum misericodia eius. Dicant nunc qui timent dominū: quoniam in seculū misericordia eius. De tribulatione inuocaui dominum: et exaudiuit me in latitudine dominus. Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Dñs mihi adiutor: et ego despiciā inimicos meos. Bonū est confidere in dño: ꝙ confidere in homine. Bonū est sperare in dño: ꝙ sperare in principibus. Oēs gentes circuierūt me: et in nomine dñi quia vltus sum in eos. Circūdātes circūdederūt me: et in nomine dñi quia vltus sum in eos. Circumdederunt me sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis: et in noīe dñi quia vltus sum in eos. Impulsus euersus sum vt caderē: & dñs suscepit me. Fortitudo mea et laus mea dñs: et factus es mihi in salutem. Uox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorum. Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem. Non moriar sed viuam: et narrabo opera do

mini. ¶ Castigans castigauit me dñs: et morti nõ tradidit me. Aperite mihi portas iusticie et ingressus in eas cõfitebor domino: hec porta domini iusti intrabũt in eã. ¶ Cõfitebor tibi domine quoniã exaudisti me: et factus es mihi in salutẽ. Lapidẽ quem reprobauerũt edificãtes: hic factus est in caput anguli. A domino factũ est istud: et est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quã fecit dñs: exultem⁹ et letemur in ea. O domine saluũ me fac o dñe bñ prosperare: benedictus qui venit in noïe dñi. Benediximus vobis de domo dñi: deus dominus et illuxit nobis. ¶ Constituite diẽ solennem in cõdensis: vsq; ad cornu altaris. Deus meus es tu et cõfitebor tibi deus meus es tu et exaltabo te. ¶ Confitebor tibi dñe quoniã exaudisti me: ⁊ factus es mihi ĩ salutẽ. ¶ Cõfitemini dño quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. ps. Beati immaculati. vsq; ad. Ad dominũ cũ tribularer sine Gloria patri. Finitis ṗis incipiatur. aña. Chorus angelorũ te suscipiat et in sinu abrahe collocet te vt cum lazaro quondam paupere eternã habeas requiẽ. Qua finita dicat sacerd. Oremus

Diri vulneris nouitate percussi et quodammodo cordibus sauciati misericordiam tuam mundi redemptor flebilibus vocibus imploramus: vt cari nostri. N. animam ad tuam clementiam qui fons es pietatis reuertentem blãde leniterq; suscipias: et si quas illa ex carnali commertio contraxit maculas tu deus solita bonitate clementer deleas: pie indulgeas: obliuioni inperpetuũ tradas: atq; hanc laudem tibi cum ceteris redditurã ⁊ ad corpus proprium quandoq; reuersuram sanctorum tuorum cetibus aggregari precipias. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis. Hic roget sacerdos orare pro eo ita dicens. Pro anima. N. ⁊ pro animabus omnium fidelium defunctorum Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos a malo. Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue domine. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Partẽ beate resurrectionis obtineat vitamq; eternã mereatur habere ĩ celis per te saluator mũdi qui cũ patre et spiritu sctõ viuis et regnas de⁹. Per oïa scła sclorũ. Amẽ. Oremus.

Commendatio

DEus cui soli cōpetit medicinā prestare post mortē tribue q̄s vt aīa famuli tui. N. terrenis exuta cōtagijs in tue re
ABsolue q̄s dn̄e animā famuli (dēptionis parte numeretur
tui. N. et aīas oīm fideliū defūctorū ab omi vīculo delicto rum vt in resurrectiōis gloria īter sctōs et electos tuos resuscitati respirent. Per xp̄m. Deinde si corpus regis inuncti fuerit qui mi grauit ex hoc sclo: primo a suis cubicularijs corp⁹ eiusdē aqua ca lida siue tepida lauetur. Deinde balsamo cū aromatib⁹ vngatur per totū et postea in pāno lineo cerato inuoluatur: ita tn̄ q̄ facies et barba illi⁹ tantū pateāt et circa man⁹ et digitos ipsius dictus pānus cerat⁹ ita sit deposit⁹: vt qlibet digit⁹ cum pollice vtriusq̄ man⁹ singulati insuatur p se ac si man⁹ ei⁹ cirotecis lineis essent coopte. ¶ Deinde corp⁹ iduatur tunica vsq̄ ad talos lōga: et de sup pallio regali adornet. Barba vero ipsi⁹ decēter cōponatur sup pectus illius: et postmodū caput cū facie ipsius sudario serico cooperiatur ac deinde corona regia aut diadema capiti eiusdem apponatur. Postea iduatur man⁹ ei⁹ cirotecis cū aurofragijs or nato ⁊ in medio digito dextre manus imponatur anulus aureus aut deaurat⁹ et in dextera manu sua pola rotūda deaurata ī qua virga deaurata sit fixa a manu ipsi⁹ vsq̄ ad pectus protēsa: in cu ius vge sūmitate sit signū dn̄ice crucis: quod super pectus eiusdē principis honeste debet collocari. In sinistra vero manu sceptrū deauratū habeat vsq̄ ad aurem sinistram decenter protensum: ac postremo tibie et pedes ipsius caligis sericis et sandalijs indu antur. ¶ Deinde dictus princeps ita adornatus cum regni sui pontificibus et magnatibus ad locū quē pro sua sepultura prius elegerit cū omni reuerētia deferatur et cū exequijs regalibus ho nestissime tradatur sepulture. ¶ Si vero corpus alterius fuerit tūc tantum lauetur corpus aqua tepida vel calida si placeat ⁊ po stea lintheamine mundo honeste inuoluatur: ⁊ in feretro locetur clericis interi dicentibus vesperas de die et de sancta maria ⁊ po stea vigilias: mortuorū vt infra patebit. Quibus dictis: dicātur sine nota psalmi sequen. videlicet ps. Uerba mea. ps. Domi= ne ne in furore. i. quere hos psalmos infra in vigilia mortuorum in. i. noct. ps. Dilexi. ps. Credidi propter. quere vis. ps. De p fundis clamaui. ps. Uoce mea. Quere infra post laudes mort.

quibus finitis dicatur añ. Requiem eternā dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. Kyrieĺ. Xpeĺ. Kyrieĺ. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera. Requiem eternā dona eis. Et lux perpetua. A porta inferi. Erue dñe aīas eorū. Non intres in iudiciū. Quia non iustificabitur in conspectu. Dominus vobiscum. Oremus.

S Uscipe dñe aīam famuli tui N. ad te reuertētē veste quoq₃ celesti indue eam et laua eam sancto fonte vite eterne: vt inter gaudentes gaudeat: et inter sapientes sapiat: et inter martyres coronata incedat: et inter patriarchas et prophetas pficiat et inter apostolos xp̄m sequi studeat: et inter angelos ꝛ archāgelos claritatē dei videat: et inter paradysi rutilos lapides gaudiū dei possideat: notitiā mysterioꝝ dei agnoscat: et inter cherubin et seraphin claritatē dei videat: ꝛ inter viginti quatuor seniores cātica canticoꝝ audiat: ꝛ inter lauātes stolas suas in fonte luminis vestē lauet: ꝛ inter pulsantes portas celestis hierusalē aptas reperiat: ꝛ inter vidētes deū facie ad faciē videat: ꝛ inter cātātes cāticū nouū cātet: ꝛ inter audiētes celestē sonū audiat. Per. Alia oro

S Uscipe dñe aīam famuli tui N. quā de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: et libera eam de principibus tenebrarū et de locis penarū: vt absoluta omni vinculo peccatorum: quietis ac lucis eterne beatitudine perfruatur: ꝛ inter sctōs ꝛ electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Qui cum deo pr̄e. ꝛc̄. Anima eius et aīe omniū fideliū defunctorū per dei misam requiescāt in pace. Amen. Deinde deportetur corp⁹ ad ecclesiā ibidē vel in cimiterio humandū. Qn̄ deportari debet corpus defuncti ad ecclesiā in primis sumat sac. spiculā ꝛ aspergat aquā benedictā sup corp⁹ exaie interim dicēdo p̄m. De profundis. quo dicto sequat̄. Kyrieĺ. Xpeĺ. Kyrieĺ. Pater nr̄. Et ne nos. Requiē eternā. A porta inferi. Credo videre. Dn̄s vobiscū. Orem⁹. Oro Inclina dñe et oro. Fideliū de⁹ oīm cōdi. ꝛ finiantur sub vna cōclusione sic. Qui cū deo pr̄e ꝛ spū sctō. ꝛc̄. Requiescant in pace. Amē. ¶ Si vero fuerit corpus mortuū cū processione suscipiēdū tūc eodē modo ordinetur processio sicut in simplicis officiis: preter q̄ in hac processione sacerdos et ministri eius in albis cū amictibus induti incedāt: chorus autē in cappis nigris quotid. Et cum ad locū destinatū puenerit pcessi. cadauer ipsum sacerdos aqua

benedicta aspgat & postea thurificet interim dicēdo psal. De pro fundis cla. vts dictū est. ¶ Deinde in redeūdo dū deportatur corpus ad ecclesiā cātetur sequens ān. cantore incipiēte antiphona.

Subuenite. chorus prosequatur sancti de i occurri te angeli domi ni suscipi entes animam e ius offerentes e am in conspe ctu al tissi mi. V. Suscipiat te christus qui vocauit te et in sinu abrahe angeli deducant te.

Repetatur ān. Subuenite. deinde dicatur ps. De profundis. et post vnūquēq; v. repetatur ān. et postea si necesse fuerit dicat eodē ordine. ps. In exitu. require postea in offi. sepul. deinde in introitu cimiterij vel citius inchoetur. R. Libera me dñe. et dicatur cum hoc v. tantū. Dies illa. require in Dirige. ante laudes. Nūq̄ portet eni corp9 alicui9 defuncti circa cimiteriū: sed directe in ecclesiam et si corpus canonici vel alterius magnatis fuerit in cho. deferatur: sin autē extra chorū in eccl'ia post or. relinquatur. ¶ In introitu ecclesie dicitur hec ān. cantore incipiente ān.

In paradisum deducant te angeli in suum conuentū suscipiant te martyres et perducant te in ciuitatē sanctam hierusalem. V.



Requiem eternam dona eis domine: ꝫ lux perpetua luceat e is.
Repetat̄ aña In paradisuz qua finita . sequatur. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie leyson. Deinde aspgat sacerd̄. aqua bn̄dicta corpus defuncti/ et thurificet: rogā̄s astantes orare pro aīa defuncti ita dicēs Pro aīa N. ꝫ pro aiabus omniū̄ fidelium defunctorū̄. Paternoster. Et ne nos. A porta inferi. Erue domine animas eoꝝ. Non intres in iudiciū̄ Quia nō̄ iustificabit̄ in conspectu. Dn̄s vobiscū̄. Oremus. Oīo

Suscipe domine seruum tuum in bonum habitaculū̄: et da ei requiem in regno celesti hierusalē̄: vt in sinu abrahe patriarche tui collocatus resurrectionis diem prestoletur: ꝫ inter resurgentes ad gloriam resurgat: et cum benedictis ad dexterā̄ dei venientibus veniat: et cum possidentibus vitam eternam possideat. Per christum. Anima eius et anime omnium fidelium defunctorum per dei misericordiam in pace requiescant. Amen. Deinde dicantur solenniter vigil̄. mortuorum ꝫ postea completo. de die more solito. Ubi vero in die sepulture deportetur corpus ad ecclesiam tunc immediate post predictam oꝛōnē̄. Suscipe do. dicatur commendatio animarū̄ solenniter: vt infra post vigilias mortuorum patebit ꝫ finito ps̄. Domine probasti. statim incipiatur missa pro defunctis. Deinde exeat sacerdos cum stola et aqua benedicta ad locum vbi sepeliendus est mortuus et signo crucis signet locum: et postea aspergat aquam benedictam. Deinde accipiat sacerdos fossorum vel aliud instrumentum ꝫ aperiat terram in modum crucis ad longitudinem et latitudinē̄ corporis defuncti dicens. Aperite mihi portas iustitie ꝫ ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini iusti intrabunt in eam.

Dicantur autē̄ vigilie mortuorū̄ quoti. cum missa in capi. in crastino vsq̄ ad vigil̄. natiuitatis dn̄i nisi in festi. ix. lec. et a crasti. octa. epypha. vsq̄ ad. iiij. feriam ante pascha: et in ipsa iiij. feria fiāt vigi. mortuoꝝ cū̄. ix. lec. in conuētu cū̄ missa in crasti.

nisi aliquod duplū festum impediat: et tunc fiat predictū seruitiū in aliqua die precedent. ipsius ebdomade que ad hoc vacauerit: videlicet in dñica vel in secūda feria: et sic compleatur seruitium mortuorū vsqꝫ ad octauas pasche / nisi corpus presens forte contigerit. ¶ Post octa. vero pasche nō fit seruitiū mortuorū in conuentu: nisi corpus presens affuerit: vel dies anniuersari⁹ vel dies tricēnalis contigerit vsqꝫ in crastinū sancte trinitatis. In crastino aūt sancte trinitat. et ab hinc quotidie fiant vigi. mortuoꝝ vsqꝫ ad aduentum dñi: nisi per octauas / et in octauis assumptionis et natiuitatis beate marie: et dedicatio. ecclesie. Canonico vero defuncto / statutum est triginta dierū in conuentu obsequiū fieri: et triginta psalteria separatim a quocūqꝫ presbitero vnum quemqꝫ presbyterorū ac reliquos vero cuiuscunqꝫ ordinis sint viginti psalteria cantare: et ab vnoquoqꝫ in ebdoma. sua priuatim eius anniuersa. celebrare. Impediuntur autē debit. vigil. mortuorum per totum annum per festa duplicia in primis ⁊ secundis vesperis nisi corpus presens affuerit et in octa. die epypha. et in aliis octauis quando dicitur hymnū. **Saluator mundi.** In omnibus etiam aliis festis. ix. lec. et in dñicis ⁊ in festis triū lectionū et in octa. in quibus chorus regitur in primis vesperis tantū. Similiter fiat in cōmemoratione beate marie et sancti loci. Fiant autē vigil. mortuoꝝ cum. ix. ps. ix. añis. ix. lect. quandocūqꝫ corpus adest presens vel quādo dies in anniuersa. vel dies tricēnal. contigerit nisi in tēpore paschali. In paschali vero tempore domini. iij. psalmi et. iij. lect. cū tribus añis. super psalmos ante lectio. qualiscunqꝫ nocturnus dicitur: et omnes añe. super psalmos ad vesperas scꝫ **Placebo.** et omnes añe. super psalmos in laudibus dicant. Post octauas vero pasche in quacunqꝫ fer. inchoetur officiū mortuoꝝ incipiatur añ. primo nocturno ⁊ cōpleantur duo sequentes nocturñ. in eadem ebdoma. si fieri potest: siue autē fieri potest siue nō: deinceps nō seruetur ordo noct. sed feriaꝝ in hoc tempore sicut in aliis temporibus obseruetur. Ita tamen ꝙ quādocunqꝫ fit seruitium pro corpore presenti cuiuscunqꝫ fuerit: et in anniuersa. et trigint. episcoporū in predicto tempore semper añe. ps. v. lectioñ. et duo Re. dicantur de primo nocturno. Sciendum est: ꝙ in tempore paschali: semper erit tertiū. Re. Libera me domi


ne de morte. cū hijs tribus v. scz Dies illa. v. Quid ergo. v. Nūc christe. Quandocūqꝫ dicat hoc predictū R. Libera me dñe. semp reincipiat post vltimū v. In anniuersarijs vero episcoporū/ et quandocūqꝫ corpus adest presens et in die animarū tantū terciū. sextum: et nonū R. debent repeti ab illis clericis qui v. Resp. cantauerint. In quotidianis obsequijs mortuorū/ videlicet quando corpus non est presens vel dies anniuersa. vel tricennal. non habetur: tunc fiant vigilie mortuorum cum tribus lectioñ. tantum: et ix. ps et vna sola aña. super psalmos hoc modo. Ad vesperas vna sola añ. scz Placebo. ps. Dilexi. ps. Ad dominū cum tribularer cla. ps. Leuaui. ps De profundis. ps. Confitebor. iij. Repetita añ. post psalmos: dicat sacerdos executor officij. v. A porta inferi. R. Erue dñe. añ. Audiui vocē. ps. Magnificat. Sequatur. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Deinde sine pronūciatione. Et ne nos. Dicat iste psalmꝰ sine nota Lauda anima mea. finito ps. dicat sacerd. loco nec habitu mutato v. Requiē eternā. Et lux. A porta. Erue dñe. Credo videre. In terra viuentiū. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. tres orōnes dicantur tam ad Placebo. qꝫ ad Dirige. sub determinatione quarū j. pro epis. ij. pro fratribus et sororibus. iij. generalis. Et dicātur iste orationes ad Placebo. per totum annū. Orō. Deus qui inter apostolicos. Orō. Deus venie. Orō. Fideliū deus. nō dicat Dñs vobiscū. neqꝫ Requiescāt in pace. sed statim sine Inuit. incipiat añ Dirige. tamen quādo Dirige. non dicat statim post Placebo vt in xl. et quādo or. predicte dicant in lau. vt a die aīarū vsqꝫ ad iiij. feria ante pascha: tunc dicat ab ipso sacerdote executore officij v. Requiescant in pace. sine Dñs vobiscum. post or. ad Dirige. super omnes ps ante lectio. hec sola aña. Dirige. ps. Verba mea. ps. Dñe ne in furore. j. ps. Domine deus meus. ps. Dominꝰ regit. ps. Ad te dñe leuaui. ps. Dominus illuminatio. ps. Expectans. ps. Beatus qui intelligit. ps. Queadmodū. repetita aña. post ps sacerdos executor officij dicat v. Complaceat tibi domine vt eruas me. R. Domine ad adiuuandū me respice. Pater noster. Deinde dicat sacerd. in audiētia. Et ne nos. Chorus. Sed libera nos. Similiter in audientia omnes lect. legantur in sectiva forma. v. quoqꝫ Resp. ab ipsis lectoribus dicantur: ita qꝫ. j. et. iij

lect. ex parte chori legant et. ij. lect. ex altera parte: et hec omnia sine nota dicant: statim post vesp. de die et de scā maria ante cōpletoriū de die. in lect. legendis et Ris. cantandis ordo feriarum seruet. videlicet die dñica / et feria. iiij. lect. et Ria. de. j. noct. z. ij. et. v. fer. lec. et Ria. de. ij. noct. z. iij. et vj. fer. lec. z Ria. de. iij. noc. ita tamē q semper in. iij. et. vj. fer. sit tertiū R. **Libera me dñe de vijs inferni.** in obsequijs mortuorū. cū. ix. ps. et. iij. lect. tertiū R. nunq repetatur ante laudes quādo sequunt laud. continue / vt a festo sancte trinitat. vsq ad festū omniū sanctorū dicat sacerdos hunc v. **Requiescāt in pace.** R. **Amen.** In laudibus hec sola añ. **Exultabunt domino.** ps. **Miserere.** ps. **Te decet.** ps. **Deus deus meus.** ps. **Ego dixi.** ps. **Laudate dñm de celis.** Repetita añ. post hm. dicat sacerdos v. **Requiem eternā.** R. **Et lux perpetua:** añ. **Ego sum.** ps. **Benedictus.** sequat **Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster.** deinde sine pronūciatiōe **Et ne nos** dicatur sine nota iste ps. **Exaltabo te.** Deinde dicat sacerdos **Requiem eternā. Et lux perpe. A porta inferi. Erue dñe. Credo videre. In terra viuentium. Dominus vobiscū. Oremus.** Oratio. **Deus cuius misericordie.** Oratio **Inclina domine.** z finiant sub vna determinatione sic. **Per christū dñm nostrū.** sequatur **Oremus.** Deinde dicunt orōnes pro defunctis familiaribus ad placitum: quibus expletis sequatur oratio generalis in audientia scz **Animabus quesumus domine.** que terminetur sic. **Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorū. Amen. Requiescant in pace.** R. **Amē.** sine **Dñs vobiscū.** Quando laudes non sequuntur continue post lectiones / vt a die animarū vsq ad. iiij. feriā ante pascha. tunc nō dicat ante laudes versiculus. **Requiescant in pace.** sed post vltimum R. dicat **Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster.** sine **Et ne nos.** deinde dicatur ps **Exaltabo.** sine nota cū v. et or. que dicende sunt ad laudes alio tempore. Laudes vero tūc dicunt post matuti. de die et de sancta scz maria supradicto modo / et tūc post hm **Bñdict9.** dicit **Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater nr.** sine **Et ne nos.** cū ps. **Voce mea.** ij. cū v. et or. que dicebant ad **Placebo.** et hec oīa tā ad **Placebo** q ad **Dirige.** sn nota dicunt. ¶ Sciēdū est q qñcūq dr seruī. mortu. in ꝯuētū nisi corp9

presens fuerit: vel anniuersarius epoꝝ vel decanoꝝ: ⁊ nisi in die aiarū semp dicitur **Placebo.** sedendo vsq ad añ. post ps: similiter fiat in laud. ad **Dirige.** vero per totū tēpus sedet chorus nisi dum añ. sup ps ante lectiones dicit᷑ vsq ad inceptionē lect. Ita tamē qd lect. et v. Roꝝ stando dicunt᷑: et legātur ab illis clericis scilꝫ qui dicturi sunt tantū: chorus vero interim sedeat. In repetitione aūt noni Rij. post vltimū v. stet chorus vsq ad. j. añ. incipiendā super laudes. Prostratus vero debet esse chorus in omni feria: quando de feria agitur extra tempus pascha. in vigil. mortuoꝝ. iij. lect. ad **Placebo.** ex quo dicit᷑ **Kyrie eleyson.** donec vltima oratio cōpleat᷑: et ad **Dirige.** similiter dū dicit᷑ **Pater noster.** ante lect. ⁊ post vltimū R. quādo non sequitur continue laudes et post psm. **Benedictus.** eodem modo quo post psm. **Magnificat.** ad **Placebo.** Et hoc sit generale per totū annum q quotiens fiūt genuflexiōes in choro ad vesperas vel ad matutinas diei: totiēs fiant in sequent. obsequijs mortuorum quis fiant. ix. lectionū nisi corpus presens fuerit: vel dies anniuersa. eiusdē ecclesie episcopoꝝ tunc enim genuflectere chorum non licet: sed continue stare tenetur ad **Placebo.** quousq finiat᷑ et etiā in singulis nocturnis ad **Dirige.** dum dicitur oratio dnicalis ante lect. et in laud. tantum ad primū psm. scilꝫ **Miserere.** et a versiculo ante psm. **Benedictus.** quousq illius obsequij officiū expleatur. In reliqua psalmodia et in oibus alijs sedere debet. ¶ Sciendū est q in vigilia mortuoꝝ nūq fiunt prostrat. in paschali tempore: nec in aliquo festo. iij. lectionū vel. ix. lect. nec in ꝯmemoratiōe beate marie vel sancti loci. nec in octa. nec infra octa. sanctoꝝ. ¶ Quando vero corpus adest presens et in anniuersarijs episcopoꝝ omnes clerici stare tenent᷑ ad **Placebo.** per totum tempus ad **Dirige.** vt in alio tempore ad laudes: similiter per totū tempus nisi ab inceptione psalmi **Te decet.** vsq ad v. ante **Benedictus dominus.** In vigi. quoq mortuoꝝ. iij. lectiones extra tempus pascha. omnes versiculi dicant᷑ a sacerdote executore officij loco nec habitu mutato. In vigilia mortuo. ix. lect. simplici. j. añ. super ps ad **Placebo.** In superiori gradu inchoet᷑. cet. oēs añ. in. j. forma discurrant excepta añ. sup **Magnificat.** ⁊ prima añ. sup ps ad **Dirige.** et. j. añ. ad laud. et añ. sup **Bñdictus.** que in supiore gradu discurrant

Tres prime lectiones in prima forma legantur: loco nec habitu mutato: sua quoqȝ R̷ia. ab eisdem lectoribus cantētur. Tres medie lectio. in. ij. forma cum suis R̷is dicantur. Tres ultime lectiones in superiore gradu eodem modo cū suis R̷ijs dicantur. Ita tamen ꝙ secundus v. ultimi R̷ij. in eodem gradu ex opposito dicatur. Tertius similiter ex parte chori in eodem gradu dicatur: cetera ut predictū est sunt exequēda. ¶ Iste modus servitij mortuorū locum habet in omni anniversa. ꝛ triginta. post primū die triginta. ¶ In anniversa. tamē simplici. canonicorū ultimū R̷. a duobus de superiori gradu dicatur ad gradū chori habitu non mutato cum suis tribus v. ¶ In prima quoqȝ die trigint. simplicis canonici eodem modo ultimū R̷. dicatur: sed tamen post ultimū v. R̷ij ab ipsis cantoribus ad gradū chori repetatur responsorium et a choro percantetur. Preterea sexta lectio in superiore gradu cum suo responsorio dicatur. ¶ In anniversarijs vero archidyaconorū et subdyaconorū vel succentorū modus servitij fiat sicut in primo trigintal. simplicis canonici. ¶ In anniversa. cantorū/thesaurar. cancellar. aut. que in simplicibus vigilijs solent esse in prima forma in secūda forma discurrant ceteris ut in die trigintalibus de canonico. ¶ In anniversarijs decani simile servitium observetur quod de ceteris personis / excepta ꝙ tertia lectio in secunda forma / quinta lectio in superiore gradu cum suo responsorio dicatur. ¶ De personis vero ecclesie in episcopos promotos in alijs ecclesijs fit servitiū in eorum anniversariorum iuxta dignitatis sue exigentiā quam ante promotionē in ecclesia Sarū habuerunt. ¶ De alijs vero episcopis extraneis et pro regibus pro quibus fit servitium eo modo fiat quo in anniversarijs canonic. simplic. ¶ Sciendum tamen est: ꝙ de alijs solummodo fit servitiū in anniversarijs que scribuntur in martilogio. Sciendum est autem quod in anniversarijs. iiij. principaliū personarū excellentior sacerdos exequitur officiū. Episcopus vero in anniversarijs epōrū predecessorū officiū exequitur. In anniversa. et trigint. epōrū Sarū ecclesie totū servitiū discurrit more duplicis festi scȝ Johannis baptiste habitus tamē non mutetur in legēdo vel cantando. Tabula etiā de lectionibus legendis et R̷ijs cantandis disponitur sicut in predicto festo: excepto ꝙ nullū R̷ in. a

tribus cantatur nisi nonum. Tertium quoqз. vj. et. ix. repetātur ab illis clericis. qui v. responsoriorū cantauerunt: lectiones vero non in pulpito: sed ad gradū chori super lectrinū legantur. Executor tamen officij in orationibus dicendis / locum nō mutet nec habitum. Omnes autem versiculi dicantur et respondeātur sub eodem tono quo in tribus noctibus ante pascha: sed in audiētia non respondeantur. ¶ In omnibus alijs anniuersarijs et trigintalibus. j. aña. super primum psalmum ad **Placebo.** in superiore gradu inchoetur. cetere omnes añe in secunda forma discurrant per ordinem excepta aña super psalmū **Magnificat.** et. j. aña. super primū psalmū. ad **Dirige.** et. j. aña ad laudes et añ. super **Benedictus.** que in superiore gradu discurrāt. Sex prime lectiones in. ij. forma legantur loco nec habitu mutato v. quoqз ℟or. ab eisdem lectoribus cantentur. Septima lectio cum v. ℟ij. suis ꝛ sic deinceps in superiore gradu supradicto modo discurrant. Ita tamen ꝙ. ix. ℟. a duobus de superiore gradu cātetur ad gradū chori habitu non mutato cū suis v. ¶ Et sciendum est quod semper dicatur a sacerdote. **Et ne nos.** post **Paternoster.** ante inceptionem lectionis quandocunqз dicatur seruitium mortuorū tam. iij. ꝙ. ix. lectio. Omnes vero v. ab aliquo sacerdote de superiore gradu dicantur sub eodē tono qui in tribus noctibus ante pascha loco nec habitu mutato vel ab executore officij et respondeat chorꝰ supradicto modo. ¶ Quando vero fit seruitiū pro corpore presenti non pro canonico omnes añ. preter quinqз pricipales in secundá forma supradicto modo discurrāt due prime lect. cum suis ℟. in. j. forma. iij. et. iiij. in. ij. forma. v. ꝛ sic deinceps in superiore gradu. Singula vero ℟ia. a duobus ad caput defuncti ad orientem conuersis habitu non mutato cantentur: vltimum vero responsoriū a tribus cū repetitione cantet loco habitu supradicto. Ita tamē ꝙ ab ipsis cantoribus cantetur et inchoetur. Singuli vero versiculi a duobus pueris ibidem dicantur habitu non mutato: non respondeantur in audientia quando dicitur a duobus: cetera vt in alijs vigil. predictis.



R Equiem eternam dona eis domine. Et lux per=

Si vero fuerit corpus canonici cuiuscu[n]q[ue] eodē modo fiat seruitiū sicut in anniuersa. chorū eiusdē ecclesie. ¶ In vigi. mortuor[um] ad ves. sine petua luceat eis. Deus in adiuto. incipiat in supiore gradu. añ.

Placebo. Amē. ps.

Dilexi quoniam exaudiet dominus
Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo. Circundederūt me dolores mortis: et pericula inferni in
vocem orationis mee. uenerunt me. Tribulationem et dolorē inueni: et nomen dñi inuocaui. O dñe libera animā meam/ misericors dominus et iustus: et deus noster miseretur. Custodiēs paruulos dominus: humiliatus sum & liberauit me. Cōuertere anima mea in requiē tuā: quia dñs benefecit tibi. Quia eripuit animā meā de morte oculos meos a lachrymis pedes meos a lapsu. ¶ Iste sequens v̄. scz Placebo domino in regione viuorum. eo q[uod] idem est cum aña. sequenti non dicatur pro versu nisi tantū in quotidianis obsequijs mortuorū quando vna sola Añ. dicitur sup psal. sed finito v̄su Quia eripuit. immediate sequatur Aña.


Placebo domino in regione viuorū. Aña. Heu me. Amen. ps.

Ad dñm cum tribularer clamaui: & exaudiuit me. Domine libera animā meā a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cū habitantib[us] cedar multū incola fuit aīa mea. Cū his qui oderunt pacē eram pacificus cum loquebar illis impugnabant me gratis. Aña.

Heu me quia incolatus meus prolongatus est. V̄. Dominus


Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Auxiliū meum a domino: qui fecit celum et terram

Amen. ps. Non det in commotionem pedem tuum: neq; dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neq; dormiet qui custodit israel. Dominus custodit te dominus protectio tua: super manum dexteram tuam. Per diem sol non vret te: neq; luna per noctē. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vsq; in seculum. Antiphona.



Dominus custodit te ab omni malo custodiat animam tuam dominus. Aña. Si ini qui tates. Amen. Psalmus.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsque ad noctem: speret israel in domino. Quia apud dominū misericordia et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Antiphona.



Si ini quita tes obseruaueris domine: domine quis sustine-

bit. Aña. Ope ra. Amen. ps. Confitebor tibi domine in toto corde meo: q̄m audisti verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi: ado

rabo ad templum sanctum tuum/et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et veritate tua: quoniã magnificasti super omne nomen sanctum tuũ. In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutẽ. Confiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierũt omnia verba oris tui. Et cantent in vijs domini: quoniam magna est gloria domini. Quoniã excelsus dñs et humilia respicit: & alta a longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam: et saluũ me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me: domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias.



Deinde dicit̃ vsi cul⁹ hoc modo.

Añ. Opera manuum tuarum domine ne despicias.




A porta inferi.

℣. Erue domine animas eorum. ¶ Et sciendum est: q̃ quandocunq; corpus presens fuerit et in anniuersarijs et trigintalibus episcopor Sarum ecclesie: et in die animarum omnes ℣. tam ad Placebo. q̃ ad Dirige a duobus pueris pariter stãtibus ad orientem conuersis habitu non mutato/sub tono supradicto cantentur: et sub silentio respondeantur. Ita q̃ in anniuersarijs et trigintalibus episcoporum/et in die animarum ad gradũ chori in medio: et quandocunq; corpus presens affuerit ad caput defuncti dicantur. ¶ In omnibus vero alijs anniuersarijs et trigintalibus et quando vltimo fit seruitium mortuorum ante pasca. omnes ℣. ab aliquo sacerdote in superiori gradu vel ab executore officij loco nec habitu mutato sub tono supradicto dicantur: et tunc semper respondeat chorus sub hoc tono. Responsoriũ.




Erue domine animas eorum Añ. Audiui vocẽ. Amen. ps. Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatẽ ancille sue ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia

fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros abraham et semini eius in secula. ¶ Nunc enim thurificetur corpus alicuius defuncti ad Placebo domino. vel ad Dirige domine. secundum vsum ecclesie Saruni. Antiphona.




Audiui vocem de celo dicentem: beati mortui qui in domino mo-



riuntur. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Deinde sine pronunciatione. Et ne nos dicat iste ps. sine (nota.

Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo quamdiu fuero. Nolite confidere in principibus: nec in filijs hominum: in quibus non est salus. Exibit spiritus eius et reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eius in domino deo ipsius: qui fecit celum et terram mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum facit iudicium iniuriam patientibus dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos. Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas pupillum et viduam suscipiet et vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula deus tuus syon: in generatione et generationem. ¶ Finito psalmo: dicat sacerdos loco nec habitu mutato hunc versiculum sequentem. Versus.



Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. A por-



ta inferi. Erue domine animas eorũ. Credo videre bona dñi.



In terra viventiũ. Dñs vobiscũ. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Sciendum est ꝙ quandocũqꝫ corpus adest presens nisi fuerit episcopi: regis: regine: vel alterius magnatis semper dicantur sub tono sequenti et sub una cõclusione tam ad Placebo. ꝙ ad Dirige. quatuor orationes: quarũ prima sit pro corpore presenti. Secũda pro episcopis. Tertia pro fratribus et sororibus. Et quarta generalis. ¶ Si vero eodẽ die dies anniversarius vel trigintale alicuius non cõplet. cõtigerit: tunc sit secũda oratio pro illo anniversario vel trigintali: tertia pro fratribus et sororibus: et quarta generalis. Et si trigintale simul cum anniversario eodem die contigerit: tunc sit secũda oratio pro illo trigintali: tertia pro anniversario: et quarta generalis. ¶ Tamen hoc nõ usitatũ est in ecclesia Sarũ: immo differãtur ibidẽ huiusmodi solennitates: ꝫ unaquaqꝫ per se solennitas celebret: licet in ecclesijs parrochialibus fieri non valeat. ¶ Similiter in oĩbus anniversarijs vel trigintalibus semper dicantur quatuor orationes sub una conclusione: tam ad Placebo. ꝙ ad Dirige. quarum prima sit pro illo anniversario vel trigintali: secunda pro episcopis: tertia pro fratribus et sororibus: ꝫ quarta generalis. ¶ Pro corpore presenti cuiuscunqꝫ fuerit tam ad Placebo quam ad Dirige dicitur hec Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere te supplices deprecamur pro aĩa famuli tui vel famule tue N. quã hodie de hoc seculo migrare iussisti: ut nõ tradas eã in manꝰ inimici nec obliviscaris in finẽ: sed iubeas illã ab angelis sanctis suscipi: atqꝫ ad regionem vivorũ perduci: et quia in te speravit et credidit: sanctorũ tuorũ mereat societate leta ri.

In anniversario de quocunqꝫ fuerit ad Placebo tantum dicatur hec sequens Oratio.

Deus indulgentiarũ dñe da anime famuli tui vel famule tue N. cuius vel

quorũ anniuersariũ depositionis diem cõmemoramus refrigerij sedem/quietis beatitudinem/luminis claritatem. ¶ Pro trigintali complendo vel completo seu commemoratione vnius defuncti vel plurimorꝫ tam ad Placebo. ꝙ ad Dirige. dicitur hec Oro.


DEus cui proprium est misereri semper et parcere/propiciare aie famuli tui vel famule tue N. et omnia eius pctã dimitte: vt mortis vinculis absolutus vel absoluta: transire mereatur ad vitam. ¶ Pro epis defunctis ad Placebo. tãtũ dicit̃ ista Oro.

DEus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate censeri/presta quesumus: vt quorum vicem ad horam gerebant in terris: eorum perpetuo consortio letentur in celis. ¶ Pro fratribus ꝫ sororibus nostris ad Placebo. tantum dicitur ista sequens Oratio.

DEus venie largitor et humane salutis auctor quesumus clementiam tuam: vt nostrarum congregationũ fratres ꝫ sorores qui ex hoc seculo transierunt: intercedente beata maria semper virgine ꝫ beato michaele archangelo cum omnibus sanctis ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas.

¶ Oratio generalis ad Placebo. tantum dicatur ista Oratio.

FIdeliũ deus omniũ conditor et redemptor animabus omniũ fideliũ defunctorꝫ remissionẽ cunctorꝫ tribue peccatorꝫ vt indulgentiã quã semper optauerũt pijs supplicationibus con



sequãtur. Qui cũ de o patre et spiritu sancto viuis et regnas




de us. Per omni a secula seculorũ. ℟. Amen. Non dicitur Dominus vobiscum. neqꝫ Requiescãt in pace. sed absqꝫ interuallo incipiant̃ matutine mortuorũ: vt patet inferius. Tamen quãdocũqꝫ non dicitur Dirige. statim post Placebo. vt in die animarũ et in .xl. ꝫ quando orationes predicte dicuntur in laudibus: vt a die afarum vsqꝫ ad quartam feriam ante pascha: tũc finita orone Fideliũ. vt supradictũ est: statim dicat sacerd. executor officij sine Dñs vobi. hoc modo.




¶ In quotidianis tamen obsequiis mortuorum tertia lectio semper sine nota dicitur et

Requiescant in pace. ℟. Amen. respondeatur. Ad matutinas mortuorum non dicitur. Domine labia. nec Deus in adiutorium. sed sine Inuitatorio et sine psal. Venite. incipiant an. in superiori gradu hoc modo. In primo nocturno. Antiphona.



Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum Intende voci orationis mee: rex meus

Di ri ge. Amen. ps. et deus meus. Quoniam ad te orabo dne: mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo quoniam non deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatem perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abhominabitur dns: ego autem in multitudine misericordie tue. Introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iusticia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam. Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te dne Et letentur omnes qui sperant in te in eternum exultabunt: et habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto. Domine vt scuto bone volun tatis tue coronasti nos. Ana.



Di rige domine de us meus in conspectu tuo viam




Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere

meam. An. Conuertere. Amen. ps.

mei domine quoniam infirmus sum: sana me dne quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo. Conuertere domine et eripe animam meam: saluum me

fac propter misericordiã tuam. Quoniã non est in morte qui me mor sit tui: in inferno autẽ quis confitebit tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectũ meũ: lachrimis meis stratũ meũ rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter oẽs inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniã exaudiuit dñs vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationẽ meã suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter. Antiphona.



Conuertere domine et eripe animã meam: quoniam non est in




morte qui memor sit tu i. Añ. Nequando. Amen. Psalmus.

Domine deus meus in te speraui: saluũ me fac ex omnibus persequentibus me et libera me. Nequãdo rapiat vt leo animã meam: dum nõ est qui redimat neqꝫ qui saluũ faciat. Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibꝰ meis. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala: decidã merito ab inimicis meis manis. Persequatur inimicus animam meã: et cõprehendat et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meã in puluerem deducat. Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge domine deus meus in precepto quod mandasti: et synagoga populorum circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos. Iudica me domine secundum iustitiam meam: et secundum innocentiam meam super me. Consumetur nequitia peccatorum et diriges iustum: scrutans corda / et renes deus. Iustum adiutorium meum a domino: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis et patiens: nunquid irascetur per singulos dies. Nisi conuersi fueritis gladiũ suum vibrauit: arcum suum tetendit ꝫ parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniustitiã concepit dolorẽ: et pe=

perit iniquitatem. Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foveam quã fecit. Convertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor domino secũdum iusticiam eius et psallam nomini domini altissimi. Aña.




Nequando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui



redimat / neq; qui saluum faciat. ℣ A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Pater noster. ¶ Deinde dicat sacerdos in audientia sub tono consueto. Et ne nos inducas. Chorus similiter in audientia sub eodem tono respõdeat. Sed libera nos a malo. quod per totum annum obseruetur in obsequijs mortuorum cum nota dicendis qualiscunq; nocturnus dicitur ante lectionẽ / ac etiam in die animarum. Non dicatur Jube domine benedicere. nec Tu autem domine. sed ex verbis lectio. finem faciant lectores ut infra patebit in lectione sequenti. Lectio prima.

Parce mihi domine / nichil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Uisitas eum diluculo: et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi: nec dimittis me ut glutiam saliuam meã? Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominũ? Quare posuisti me contrarium tibi: et factus sum mihimetipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum: et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormio: et si mane quesieris Et finiatur sic.



Eodem modo finiantur omnes lectiones preter secũda lectio. ℟.

non subsistam. Credo q; redemptor



meus vi uit et in nouis si mo di e

de ter ra surre cturus sum. Et in carne me a

vide bo de um saluato rem me um

v. Quē visurus sum ego ipse et non ali us et oculi


mei con specturi sunt. Et in carne me. Lecc.ii.

Tedet animā meā vite mee: dimittā aduersum me eloquium meū. Loquar in amaritudine anime mee: dicam deo: noli me condēnare. Indica mihi: cur me ita iudices? Nūquid bonū tibi videtur si calūnieris & opprimas me: opus manuū tuarū & cōsiliū impioꝝ adiuves? Nūquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo & tu videbis? Nūquid sicut dies hoīs dies tui: & anni tui sicut humana sunt tēpora. Ut q̄ras iniq̄tatē meā & pctm̄ meū scruteris & scias qꝛ nihil impiū fecerim cū sit nemo q̄ de manu tua

possit eruere. ℞. Qui lazarum resuscita sti a monumen-


to feti dū. Tu eis do mi ne dona requi em

et lo cum indul genti e. v. Qui vēturus es





Manus tue dñe fecerunt me et plasmauerũt me totum in circuitu: et sic repente precipitas me. Memẽto queso q sicut lutum feceris me: Tu eis. Lc̃. iiij. et in puluerem reduces me Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseum me coagulasti: Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et neruis compegisti me. Uitam et misericordiã tribuisti mihi: et visitatio tua custodiuit spiritum meum. R̃ m.













Quandocunq corpus adest presens: et in anniuersa. epo͂rũ tantum: ac etiã in die aiarum repetatur. iij. vj. z. ix. R̃. ab illis clericis qui v. responsorij precedẽtis cantauerunt. In secundo nocturno. Antiphona.



Dominus regit me: et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Super aquam

refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitie: propter nomen suum. Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es. Uirga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians quã preclarus est. Et misericordia tua subsequetur me oĩbus diebus vite mee. Et vt inhabitẽ in domo dñi: in longitudinẽ dierũ. Añ.



In loco pascue ibi me collocauit. Añ. Delicta. Amen. ps.

Ad te dñe leuaui aĩam meam: deus meus in te confido nõ erubescam. Neq3 irrideant me inimici mei: eteñ vniuersi qui sustinent te non confundent. Confundant oẽs iniqua agẽtes superuacue. Uias tuas dñe demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus saluator meus et te sustinui tota die. Reminiscere miserationũ tuarũ dñe: et miarũ tuarũ que a seculo sunt. Delicta iuuentutis mee: et ignorãtias meas ne memineris. Secundũ miam tuã memento mei tu: ꝓpter bonitatẽ tuã dñe. Dulcis et rectus dñs propter hoc: legẽ dabit delinquẽtibus in via. Diriget mãsuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Uniuerse vie dñi mia et veritas: requirentibus testamentũ eius/ & testimonia eius. Propter nomen tuũ dñe propiciaberis peccato meo: multũ est eñ. Quis est homo qui timet dñm: legẽ statuit ei in via quam elegit. Anima eius in bonis demorabit et semẽ eius hereditabit terrã. Firmamentum est dominus timentibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur illis. Oculi mei semper ad dominũ: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me et miserere mei: qa vnicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Uide humilitatẽ meã & laborẽ meũ: & dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos quoniã multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me. Custodi animã meã & erue me: non erubescam quoniã speraui in te. Innocentes et recti adheserunt mihi: quia sustinui te. Libera

deus israel ex omnibus tribulationibus suis. Añа. Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas:





ne memineris domine. Añ. Credo videre. Amen. Psalmus.

Dominus illuminatio mea & salus mea: quē timebo Dñs protector vite mee: a quo trepidabo. Dum appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas. Qui tribulāt me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meū. Si exurgat aduersum me pliū: in hoc ego sperabo. Unam petij a dño hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee. Ut videam voluntatem domini: et visitem templum eius. Quoniā abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me: et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo et psalmum dicam domino. Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto ne derelinquas me: neqꝫ despicias me deus salutaris meus. Quoniā pater meus & mater mea dereliquerunt me: dñs autē assumpsit me. Legē pone mihi dñe in via tua: & dirige me in semita recta ꝓpter inimicos meos. Ne tradideris me in aīas tribulātiū me: qm̄ insurrexerūt in me testes iniqui: & mētita est iniqtas sibi Credo videre bona dñi: in terra viuentiū. Expecta dñm viriliter age: & cōfortetur cor tuū & sustine dñm. Amen. Antiphona.



Credo videre bona domini in terra viuentium.

℣. In memoria eterna erit iusti. ℟. Ab auditione mala non timebunt.

Lectio quarta.


Quantas habeo iniquitates & peccata: scelera mea atque delicta ostēde mihi. Cur faciē tuā abscōdis: & arbitraris me inimicū tuū? Cōtra foliū quod vēto rapitur ostēdis potentiā tuam: et stipulā siccā persequeris. Scribis enim cōtra me amaritudines: et cōsumere me vis peccatis adolescētie mee. Posuisti in nervo pedem meū: & obseruasti omnes semitas meas: et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo cōsumendus sum et quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Responsorium.

Heu mihi domine quia pecca ui ni mis in vita me a quid faciam mi ser v bi fu giam ni si ad te deus me us mise rere me i. Dum vene ris in nouissimo di e. V. A nima mea turbata est valde sed tu domine suc curre e i. Dum


Lectio quinta.

Homo natus de muliere: breui viuēs tempore: repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur & conteritur et fugit velut vmbra: et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundū de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius qui preteriri nō poterūt. Recede ergo paululū


ab eo vt quiescat donec optata veniat: et sicut mercenarij dies ei⁹




R. Ne recorderis peccata mea domine Dum



veneris iudicare seculum per ignem.



V⁹. Dirige domine deus meus in cõspectu tuo



viam meam Dum veneris. Lectio sexta.


Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me: et abscõdas me: donec pertranseat furor tuus Et constituas mihi tempus in quo recorderis mei: Putas ne mortuus homo rursum viuat: Cunctis diebus quibus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. Responsoriũ.



Dñe secundũ actũ meum noli me iudicare



re nihil dignum in cõspectu tuo egi. Ideo



deprecor maiestatem tuam vt tu deus



dele as iniquita tem me am. V.



Amplius laua me deus ab iniusti tia me a et a



delicto meo mũda me quia tibi so li pecca ui.




In tertio nocturno.


J deo Añ. Complaceat. Amen. Psalmus.

Expectans expectaui dñm: et intendit mihi. Et exaudiuit p̄ces meas: ⁊ eduxit me de lacu miserie ⁊ de luto fecis. Et statuit supra petrã pedes meos: et direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouũ: carmen deo nostro. Uidebũt multi et timebunt: et sperabunt in domino. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu dñe deus meus: mirabilia tua ⁊ cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui ⁊ locutus sum: multiplicati sunt super numerũ. Sacrificium ⁊ oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum ⁊ pro peccato non postulasti: tunc dixi ecce venio. In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam deus meus volui: et legem tuam in medio cordis mei. Annunciaui iustitiam tuã in ecclesia magna: ecce labia mea nõ prohibebo dñe tu scisti. Iustitiam tuã non abscõdi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam: a consilio multo. Tu autem dñe ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me. Quoniã circumdederũt me mala quorũ non est numerus: comprehenderunt me iniquitates mee et non potui vt viderem.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: et cor meum dereli quit me. Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandum me respice. Confundantur et reuereantur simul: qui querunt animã meam vt auferant eam. Conuertantur retrorsum & reuereantur: qui volunt mihi mala. Ferant confestim cõfusionem suam: qui dicunt mihi euge euge. Exultent & letentur super te omnes querentes te: et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum et pauper: dominus sollicitus est mei. Adiutor meus & protector meus tu es: deus meus ne tardaueris. Antiphona.



Compla ce at ti bi domine vt e ripias me ad adiuuandum



me respi ce. Antiphona. Sana domine. Amen. Psalmus.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dominus. Dominus cõseruet eum et viuificet eum et beatum faciet eum in terra: et non tradat eũ in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectũ doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi domine miserere mei: sana animam meã quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi quando morietur & peribit nomen eius. Et si ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatẽ sibi. Egrediebat̃ foras: & loquebat̃ in idipsum. Aduersum me susurrabant oẽs inimici mei: aduersum me cogitabãt mala mihi. Verbũ iniquũ cõstituerunt aduersum me: nũquid qui dormit nõ adiciet vt resurgat. Etenim homo pacis mee in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationẽ. Tu aũt dñe miserere mei: et resuscita me et retribuam eis. In hoc cognoui quoniã voluisti me quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autẽ propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in eternũ. Bñdictus deus israel: a sclo & in sclm seculi fiat fiat. Añ.



Sana dñe aïam meã qa peccaui tibi. añ. Sitiuit. Amen. ps.

QUemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deũ fontem viuum: quando veniã et apparebo ante faciẽ dei. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicit mihi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordatus sum et effudi in me animã meã: qm̃ transibo in locũ tabernaculi admirabilis vsqꝫ ad domũ dei. In voce exultationis et cõfessionis sonus epulãtis. Quare tristis es anima mea: ⁊ quare cõturbas me. Spera in deo qm̃ adhuc confitebor tibi salutare vultus mei et deus meus. Ad meipsum aïa mea ꝯturbata est propterea memor ero tui de terra iordanis ⁊ hermonij a mõte modico. Abyssus abyssum inuocat: in voce catharactarũ tuarum. Omnia excelsa tua ⁊ fluctus tui: super me transierunt. In die mãdauit dñs miam suã: ⁊ nocte canticũ eius. Apud me oratio deo vite mee: dicã deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei: et quare ꝯtristatus incedo: dũ affligit me inimicus. Dũ cõfringũtur ossa mea: exprobrauerũt mihi qui tribulãt me inimici mei. Dũ dicũt mihi per singulos dies: vbi est deus tuus. Quare tristis es anima mea: ⁊ quare conturbas me: Spera in deo: quoniã adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.

Antiphona. Sitiuit anima mea ad deum viuum/ quando veniam et apparebo ante faciem domini.

℣. Requiẽ eter. ℟. Et lux perpetua luceat eis.

Lectio septima.

SPiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur: et solum mihi superest sepulchrum. Non peccaui: et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me domine et pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei transierũt cogitationes mee dissipate sunt/ torquentes cor meum. Noctem

verterũt in diẽ: ⁊ rursum post tenebras spero lucẽ. Si sustinuero infernus domus mea est: et in tenebris straui lectulũ meũ. Putredini dixi Pater meus es: mater mea: ⁊ soror mea vermibus. Ubi est ergo nũc prestolatio mea ⁊ patiẽtia mea: tu es dñe de⁹ me⁹. R.




Peccantẽ me quoti die et non peniten tem timor mor



tis conturbat me. Quia in infer no nulla est redemptio



miserere me i deus et sal ua me. V. Deus in nomine tuo



saluum me fac domi ne et in virtute tua libe ra



me. Quia in. Lectio. viij.

Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meũ: et derelicta sunt tãtũmodo labia circa dẽtes meos. Misereminimei miseremini mei: saltẽ vos amici mei: quia manus dñi tetigit me. Quare persequmini me sicut deus: et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat: vt scribãtur sermones mei? Quis mihi det/ vt exarẽtur in libro stilo ferreo aut plũbi lamina: vel celte sculpãtur in silice? Scio enim q redẽptor meus viuit ⁊ in nouissimo die de terra surrectur⁹ sum: ⁊ rursum circũdabor pelle mea: ⁊ in carne mea videbo deũ saluatorẽ meũ. Quẽ visur⁹ sum ego ipse: et oculi mei cõspecturi sũt: ⁊ nõ ali⁹ Reposita est hec spes mea in sinu meo. R.



Requiem e ter nam dona e is domi



is.v. Qui la zarum resuscitasti a monumento feti



dum tu eis domine do na re qui em.

Quare de vulua eduxisti me: q̃ vtinam consumptus essem: ne oculus me videret Fuissem quasi non

Et lux. Lectio.ix. essem: de vtero translatus ad tumulũ Nunq̃d nõ paucitas dierũ meorũ finietur breui? Dimitte ergo me dñe vt plangã paululũ dolorẽ meũ: ãteq̃ vadã ⁊ nõ reuertar ad terrã tenebrosã ⁊ optã mortis caligine. terrã miserie ⁊ tenebrarũ vbi vmbra mortis ⁊ nullꝰ ordo: sed sempiternꝰ horror inhabitãs



℟. Libera me do mine de morte eter na in




die illa tremen da. Quando celi mo uendi



sunt et terra. Dum ve neris in di ca



re se culum per i gnem. V℣.



Dies illa dies i re calamitatis et miseri e dies magna


Et dicitur vsq3 ad Dū veneris tantum

et amara val de. Quando ce li. Versus.



Quid ergo miserrimus quid dicam vel quid faci am dum nil

boni perferam ante tan tum iudicem. Dum ve. Vꝰ.



Nunc christe te peti mus mise rere quesumus qui venisti

redimere perditos noli dannare redemptos. Dum ve.

Deinde repetatur ℟. **Libera me dn̄e.** q̄ per totū annū obseruetur qn̄cūq3 corpꝰ adest presens: ⁊ in anniuersarijs ⁊ trigintalibꝰ epõr/ ⁊ quattuor psonarū principaliū sc3 decani/cātoris/cācellarij/thesaurarij/ ⁊ in die aiarū tātū. In oībus vero alijs vigilijs mortuorū in quibus dicitur predictū ℟. tūc finito vltimo ℣. non dicatur **Dum veneris.** sed statim reincipiatur ℟. **Libera me domine.** et repetatur vsq3 in fine. Quandocūq3 corpus adest presens in oībus anniuersarijs et trigintalibus/ ⁊ quādo vltimo fit seruitiū mortuorū ante pascha: ac etiam in die animarū: semper erit predictum ℟. **Libera me dn̄e de morte.** vltimū: ⁊ semper dicitur cū tribus ℣. supradictis nisi in die aiarū tantū: tunc enim dicetur cū hijs versibus. **Dies illa. Quando celi.** vt supra. ℣ꝰ.

Ardentes ani me flent sine fi ne flent sine fine ambulan tes per tenebras dicuntque singule ve ve ve quante sunt tenebre. Dum ve. V. Creator omnium rerum deus qui me de limo ter re formasti et mirabiliter sanguine proprio re- demisti corpusque meum licet modo putrescat de sepulchro facias in die iudicij resuscita ri exaudi exaudi me vt animam me am in sinu abrahe patriarche tu i iubeas collocari. Dum ve.

¶ Deinde repetatur R. vt supra dictum est. In omni vero .iij. et v. feria per annu quandocunque fuerit vigilia mortuoru cum .ix. psal. et .iij. lect. tantu: tunc sit hoc tertiu R. Libera me dne de vijs inferni. Qui portas ereas confregisti et visitasti infernu et dedisti

eis lumen vt viderent te qui erant in penis tenebrarum. v. Clamantes et dicentes: aduenisti redemptor noster. Qui portas.

¶ Non repetatur hoc responsoriu͂. Deinde dicat sacerdos executor officij ante laudes loco nec habitu mutato hunc versum.




Requiescant in pace. ℟ Amen.

Iste versus predictus dicatur semper ante laudes supradicto modo nisi a die animarum vsq; ad quartam feriam ante pascha / nam tunc non sequuntur laudes continue post Dirige. sicut infra patebit. In laudibus. Antiphona.




Exultabunt. Amen. ps.

Miserere mei deus secundu͂ magna͂ misericordia͂ tua͂. Et secundu͂ multitudine͂ miserationu͂ tuaru͂: dele iniquitate͂ mea͂. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccatis meis munda me. Quonia͂ iniquitate͂ mea͂ ego cognosco et peccatu͂ meu͂ co͂tra me est semper. Tibi soli peccaui et malu͂ coram te feci vt iustificeris in sermonibus tuis: et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus co͂ceptus sum: & in peccatis co͂cepit me mater mea. Ecce enim veritate͂ dilexisti: incerta et occulta sapie͂tie tue manifestasti mihi. Asperges me domine ysopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et leticiam: et exultabu͂t ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mu͂du͂ crea in me deus: et spiritu͂ rectu͂ innoua in visceribus meis. Ne proijcias me a facie tua: et spiritu͂ sanctum tuu͂ ne auferas a me. Redde mihi leticiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiam tuam. Domine labia mea aperies: et os meu͂ annunciabit laudem tua͂. Quonia͂ si voluisses sacrificiu͂ dedissem: vtiq; holocaustis non delectaberis. Sacrificiu͂ deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus no͂ despicies. Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificiu͂ iusticie oblationes et holocausta: tunc impone͂t super altare tuu͂ vitulos. Antiphona.



Exultabunt dño ossa humiliata. Añ. Exaudi dñe. Amen.
Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur Psalm⁹
votum in hierusalē. Exaudi orationē meā: ad te oĩs ca-
ro veniet. Verba iniquorū preualuerūt super nos: et impietati-
bus nostris tu ꝓpiciaberis. Beatus quē elegisti et assumpsisti:
inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue: san
ctum est tēplū tuū mirabile in equitate. Exaudi nos de⁹ saluta
ris noster: spes omniū finiū terre ꝛ in mari lōge. Preparās mō-
tes in virtute tua accinctus potētia qui cōturbas ꝓfundū maris
sonū fluctuū eius. Turbabūtur gētes ꝛ timebūt qui habitāt ter
minos a signis tuis: exitus matutini ꝛ vespere delectabis. Visi
tasti terrā ꝛ inebriasti eā: multiplicasti locupletare eā. Flumen
dei repletū est aquis: parasti cibū illorū qm̄ ita est preparatio ei⁹
Riuos eius inebriās multiplica genimina ei⁹: in stillicidijs ei⁹
letabitur germinās. Benedices corone anni benignitatis tue: ꝛ
cāpi tui replebūtur vbertate. Pinguescent speciosa deserti: ꝛ ex-
ultatione colles accingētur. Induti sunt arietes ouiū: ꝛ valles
abundabunt frumento clamabunt etenim hymnū dicent. Añ.




Exaudi domine orationē meam ad te omnis caro veniet. Añ
Deus deus meus: ad te de
luce vigilo. Sitiuit in te
anima mea: q̄ multipliciter tibi
Me suscepit. Amen. Psalmus. caro mea. In terra deserta in-
uia et inaquosa sic in scō apparui tibi: vt viderē virtutē tuam ꝛ
gloriā tuā. Qm̄ melior est mīa tua sup vitas: labia mea lauda-
būt te. Sic benedicā te in vita mea: ꝛ in noīe tuo leuabo manus
meas. Sicut adipe ꝛ pinguedine repleat aīa mea: ꝛ labijs exul-
tationis laudabit os meū. Sic memor fui tui sup stratū meū: in
matutinis meditabor in te: qa fuisti adiutor me⁹. Et i velamēto
alarū tuaꝝ exultabo adhesit aīa mea post te me suscepit dextera

tua. Ipsi vero in vanum quesierunt animam meam: introibūt in inferiora terre tradentur in manus gladii partes vulpiū erūt Rex vero letabitur in deo laudabuntur omnes qui iurant in eo quia obstructum est os loquentiū iniqua. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos/ ꝛ misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibꝰ gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. Letentur ꝛ exultent gentes: quoniā iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suū. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus: et metuant eum omnes fines terre Añ.



Me susce pit dextera tua dñe. Añ. A porta inferi. Amen. ps.

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi. Quesiui residuum annorū meorū: dixi non videbo dominū in terra viuentium. Non aspiciam hominē vltra: et habitatorem quietis. Generatio mea ablata est et cōuoluta est a me quasi tabernaculū pastorꝫ. Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me. De mane vsqꝫ ad vesperā finies me sperabam vsqꝫ ad mane: quasi leo sic cōtriuit omnia ossa mea De mane vsqꝫ ad vesperam finies me: sicut pullus irundinis sic clamabo meditabor vt colūba. Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum. Domine vim patior responde pro me: quid dicam aut quid respōdebit mihi/ cum ipse fecerim. Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee. Domine si sic viuitur et in talibus vita spiritus mei: corripies me ꝛ viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autē eruisti animā meā vt nō periret: proiecisti post tergū tuū oīa peccata mea. Quia non infernus cōfitebitur tibi neqꝫ mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacū veritatem tuā. Uiuēs viuens ipse confitebitur tibi: sicut ego hodie pater filiis notam faciet veritatem tuā. Domine saluum me fac: et psalmos nostros cātabimus cunctis diebus vite nostre in domo dñi. Antiphona.




A porta inferi erue domine animã meã. ãn. Omnis spũs. ps.



Amen.

Laudate dñm de celis: laudate eũ in excelsis. Laudate eũ oẽs angeli ei⁹: laudate eũ oẽs virtutes ei⁹. Laudate eũ sol ꝛ luna: laudate eũ oẽs stelle et lumen. Laudate eũ celi celorũ: et aque q̃ sup celos sunt laudẽt nomẽ dñi. Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mãdauit et creata sunt. Statuit ea in eternũ ꝛ in scl'm scl'i. preceptũ posuit et nõ pteribit. Laudate dñm de terra: drachones et oẽs abyssi. Ignis grãdo nix glacies spũs procellarũ: q̃ faciũt verbũ ei⁹. Mõtes ꝛ oẽs colles: ligna fructifera et oẽs cedri. Bestie et vniuersa pecora: serpẽtes et volucres pẽnate. Reges terre ꝛ oẽs ppl'i: principes et oẽs iudices terre. Iuuenes et virgines senes cũ iuniorib⁹ laudẽt nomẽ dñi: q̃a exaltatũ est nomẽ eius soli⁹. Cõfessio ei⁹ sup celũ ꝛ terrã: ꝛ exaltauit cornu ppl'i sui. Hymn⁹ oĩb⁹ sctis eius: filijs israel populo appropinquanti sibi. Cantate dño canticũ nouũ: laus ei⁹ in ecclesia sctõrũ. Letetur israel in eo qui fecit eũ: ꝛ filie syon exultẽt in rege suo. Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei. Quia beneplacitũ est dño in populo suo: ꝛ exaltauit mansuetos in salutẽ. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eoꝝ: et gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in cõpedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudiciũ conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius. Laudate dominũ in sanctis eius: laudate eũ in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eũ secundũ multitudinẽ magnitudinis eius. Laudate eũ in sono tube: laudate eũ in psalterio et cythara. Laudate eũ in tympano et choro: laudate eũ in cordis ꝛ organo. Laudate eũ in cymbalis benesonãtibus laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum. Antiphona.



Omnis spũs laudet dñm

Vꝰ. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua an.

Benedictus dñs deus israel: quia vi
sitauit et fecit redemptionē plebis
sue. Et erexit cornu salutis nobis: in do
mo dauid pueri sui. Sicut locutus est per Ego sũ. Aĩe psalmꝰ
os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutem
ex inimicis nostris: et de manu omniũ qui oderũt nos. Ad faci=
endam misericordiam cũ patribus nostris: et memorari testamē
ti sui sancti. Iusiurandũ qđ iurauit ad abrahã patrem nostrũ:
daturũ se nobis. Ut sine timore de manu inimicorũ nostrorũ li
berati seruiamus illi. In sanctitate et iusticia corã ipso oĩbus die=
bus nostris. Et tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis: p̄ibis enim
ante faciē dñi parare vias eius. Ad dandã scientiam salutis ple
bi eius: in remissionē peccatorũ eorũ. Per viscera mĩe dei nostri:
in quibꝰ visitauit nos oriēs ex alto. Illuminare his q̃ in tenebris
et in vmbra mortis sedēt: ad dirigēdos pedes nr̃os in viã pacis.

Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me etiam si mortuus
fue rit viuet et om nis qui viuit et credit in me nõ morietur
in eternũ. Kyrieleyson. Xpeleyson. Kyrieleyson.

Deinde dicatur pater noster. sine pronunciatione. Et ne nos. et dicatur iste psalmus sine nota hoc modo.

Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me: nec delectasti inimicos me=
os super me. Domine deus meus clamaui ad te: et sanasti
me. Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a
descendentibus in lacum. Psallite dño sancti eius: et confitemi
ni memorie sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione eiꝰ:
et vita in volũtate eiꝰ. Ad vesperũ demorabit̃ fletꝰ: et ad matu
tinũ leticia. Ego aũt dixi in abũdãtia mea: nõ mouebor in eťnũ

Dñe in voluntate tua: prestitisti decori meo virtutẽ. Auertisti faciẽ tuã a me: et fact⁹ sum conturbatus. Ad te dñe clamabo: et ad deũ meũ deprecabor. Que vtilitas in sanguine meo: dũ descẽdo in corruptionẽ. Nũquid cõfitebitur tibi puluis: aut annũciabit veritatẽ tuã. Audiuit dñs et misertus est mei: dñs factus est adiutor meus. Conuertisti planctũ meũ in gaudiũ mihi: concidisti saccũ meũ ꝫ circũdedisti me letitia. Ut cãtet tibi gloria mea et nõ cõpungar: dñe deus meus in eternũ cõfitebor tibi. Quo finito dicat sacerdos loco nec habitu mutato. Requiẽ eternam. ℣. vt̃s. ad vs̃. cũ or. subscript. scd̃m ordinẽ et numerũ or. que prius dicebãtur ad vespe. videlicet ꝑ corpore presenti or̃o. Deus cui proprium maior vt̃s. ad ves̃. In die anniuersario cuiuscũqꝫ fuerit oratio. Deus cui ꝓpriũ. maior vt̃s ad vesperas pro trigintali cuiuscunqꝫ fuerit ad laudes tantum. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus cui nũꝗ̃ sine spe misericordie supplicatur, ꝓpiciare aĩe famuli tui. vel famule tue: vt q̃ de hac vita in tui noĩs cõfessiõe decessit: sctõrũ tuorꝫ numero facias aggregari.

¶ Pro episcopis defunctis ad laudes tãtũ oratio.

Deus cuius misericordie nõ est numerus: suscipe pro animabus famulorũ tuorum pontificum sacerdotum preces nostras et lucis eis letitieqꝫ regionem in sanctorum tuorum societate concede.

¶ Pro fratribus et sororibus ad laudes tantum Oratio.

Inclina dñe aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animas famulorꝫ famularumqꝫ tuarum: quas de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constituas: et sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Per xp̃m dñm nostrum. ℟. Amen. sequatur Orẽn⁹

¶ Deinde dr̃ priuatim or̃o ꝑ defunctis familiaribus videlꝫ or̃o.


Deus qui nos patrẽ et matrẽ honorare precepisti: miserere clementer aĩabus patrũ et matrũ nostrorũ eorũqꝫ oĩa peccata dimitte: nosqꝫ eos in eterne claritatis gaudio fac videre. vel aliqua alia ad placitũ. quibus expletis sequatur or̃o generalis

in audientia sub eodem tono quo orationes priores dicebantur.

Animabusq̃s dñe oĩm fideliũ defũctorꝝ orõ pficiat supplicãtiũ: vt eas ⁊ a pctis oĩbꝰ exuas: ⁊ tue redẽptiõis facias



esse participes. Qui cũ deo patre et spũ scõ viuis ⁊ regnas deꝰ



per omnia scła sclorũ. ℟. Amē. Requiescãt in pace. ℟. Amen.

¶ Sciendũ est ꝙ in vigil' mortuorꝝ tã. iij. ꝙ. ix. lec. a die aiarꝝ vsqꝫ ad. iiij. feriã ante pascha siue corpus psens fuerit siue nõ: finito vlti. ℟. nõ dicat̃ ỽ. Reqescãt in pace. sed statim post vlti. ℟. sequat̃ Kyriel. Christel. Kyriel. Pr nr. Exaltabo. cũ ỽ. ⁊ or. eodẽ modo ⁊ ordine sicut in alio tpe ãni post laudes dici solẽt. laudes vero tũc dicãtur post mat. de die ⁊ de sctã maria: ita ꝙ dicta aña. post psal. Benedictus dicat̃ Kyriel. Xpel. Kyriel. Pr nr. Deinde sine pronunciatiõe. Et ne nos dicatur. sine nota sequens. Psalmus.

Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dñm deprecatus sum. Effundo in cõspectu eiꝰ orationẽ meã: ⁊ tribulationẽ meã ante ipsum pnũcio. In deficiẽdo ex me spũ meũ: ⁊ tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabã: abscõderũt superbi laqueum mihi. Considerabam ad dexteram ⁊ videbã: et nõ erat qui cognosceret me. Periit fuga a me: et nõ est qui requirat animam meam. Clamaui ad te dñe: dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me: quia confortati sunt super me. Educ de custodia animã meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas mihi. ¶ Quo dicto dicat sacerdos loco nec habitu mutato. ỽ. et oratio. eodem modo per omnia quo prius dicebantur ad vesperas videlicet ad Placebo. ¶ Notandum est vero ꝙ quandocunqꝫ per totum annum missa pro corpore presenti anniuersario vel trigintali cuiuscunqꝫ in choro vel in capitulo fuerit celebrãda vbi et missa ibi etiam commendatio animarum statim post pri-

mam ante missam capitularem pro defunctis a toto choro cũ nota dicatur incipiente antiphonã aliquo de superiori gradu. Ita tamen quod si in die sepulture deportetur corpus ad ecclesiam: tunc finita oratione. **Suscipe domine animã serui tui.** vel **ancille tue.** statim sequatur cõmendatio animarum eodem modo et ordine: sicut post deportationem corporis ad ecclesiam supradictum est. Preterea omni die per totam .xl. quando de feria agitur: statim post primam ante missam capitularem dicatur in choro cõmendatio animarum.: nisi in crastino festorum duplicium: et hoc sine nota quando **Dirige.** sine nota precesserit. Et sciendũ est quod quandocunque dicatur commendatio animarum: semper dicatur sedendo usque ad antiphonã post laudes dicendã. An.

Beati inmaculati in via: qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde

Requiẽ eternã. Amen. exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt. Tu mandasti: mãdata tua custodiri nimis. Utinam dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non cõfundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitie tue. Iustificatiões tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque. In quo corrigit adolescentior viã suã: in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua: vt nõ peccem tibi. Benedictus es dñe: doce me iustificationes tuas. In labijs meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui. In via testimoniorum tuorũ delectatus sum: sicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. Retribue seruo tuo viuifica me: et custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me opprobrium et contemptum: quia testimonia tua exquisiui. Etenim sederunt

principes et aduersum me loquebantur: seruus autē tuus exerce-
batur in iustificationibus tuis. Nam et testimonia tua medita
tio mea est: et consiliū meū iustificationes tue. Adhesit pauimē
to anima mea: viuifica me secundū verbū tuū. Uias meas enū
ciaui et exaudisti me: doce me iustificationes tuas. Uiam iustifi
cationū tuarū instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis. Dor
mitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis. Uiā
iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei. Uiam veri
tatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. Adhesi testimonijs tu-
is domine: noli me confundere. Uiam mandatorum tuorum cu
curri: cum dilatasti cor meum.

LEgem pone mihi dñe viam iustificationum tuarum: et ex
quiram eam semper. Da mihi intellectum et scrutabor
legem tuam: et custodiam illā in toto corde meo. Deduc me in
semita mandatorū tuorū: quia ipsam volui. Inclina cor meum
in testimonia tua: et non in auariciam. Auerte oculos meos ne
videant vanitatē: in via tua viuifica me. Statue seruo tuo elo-
quiū tuū: in timore tuo. Amputa opprobriū meū quod suspicatus
sum: quia iudicia tua iocunda. Ecce concupiui mandata tua: in
equitate tua viuifica me. Et veniat super me misericordia tua
domine: salutare tuum secundum eloquiū tuum. Et respōdebo
exprobrantibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbū veritatis vsquequaque: quia in iu
dicijs tuis supersperaui. Et custodiam legem tuā semper: in se-
culum et in seculum seculi. Et ambulabam in latitudine: quia
mandata tua exquisiui. Et loquebar de testimonijs tuis in con-
spectu regū: et non confundebar. Et meditabar in mādatis tu-
is: que dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua que dile
xi: et exercebor in iustificationibus tuis. Memor esto verbi tui ser
uo tuo: in quo mihi spem dedisti. Hec me consolata es in humili
tate mea: quia eloquiū tuū viuificauit me. Superbi inique age-
bant vsquequaque: a lege autē tua nō declinaui. Memor fui iudici-
orum tuorū a seculo dñe: et consolatus sum. Defectio tenuit me
pro peccatoribus derelinquētibus legē tuam. Cantabiles mihi
erāt iustificationes tue: in loco peregrinationis mee. Memor fui
nocte nominis tui domine: et custodiui legem tuā. Hec facta est

mihi: q̄a iustificatiões tuas exquisiui Portio mea dñe: dixi custo
dire legem tuã. Deprecatus sum faciẽ tuam in toto corde meo:
miserere mei secundũ eloquium tuũ. Cogitaui vias meas: & con
uerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum & nõ sum tur
batus: vt custodiã mandata tua. Funes peccatorꝝ circumplexi
sunt me: et legẽ tuam non sum oblitus. Media nocte surgebã ad
confitendũ tibi: super iudicia iustificationis tue. Particeps ego
sum omniũ timentium te: et custodientium mandata tua. Mise
ricordia tua dñe plena est terra: iustificatiões tuas doce me. Bo
nitatem fecisti cũ seruo tuo dñe: secundum verbũ tuum Bonita
tem et disciplinã et scientiam doce me: quia in mandatis tuis cre
didi. Priusq̄ humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum
custodiui. Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iustificatiões
tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autẽ
in toto corde scrutabor mandata tua. Coagulatum est sicut lac
cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum. Bonum mihi
quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Bonũ mihi
lex oris tui: super milia auri et argenti. Manus tue fecerunt me
et plasmauerunt me: da mihi intellectum vt discam mãdata tua
Qui timent te videbunt me et letabuntur: quia in verba tua su
persperaui. Cognoui dñe quia equitas iudicia tua: et in verita-
te tua humiliasti me. Fiat misericordia tua vt consoletur me: se
cundum eloquium tuum seruo tuo Ueniant mihi miserationes
tue et viuam: quia lex tua meditatio mea est. Confundantur su
perbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exerce
bor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timẽtes te: et qui no
uerunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatum: in iustifi
cationibus tuis vt non confundar.

Defecit in salutare tuum anima mea: et in verbum tuum
supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum
dicentes: quando consolaberis me. Quia factus sum sicut vter
in pruina / iustificatiões tuas non sum oblitus. Quot sunt dies
serui tui / quãdo facies de persequẽtibꝰ me iudiciũ? Narrauerũt
mihi iniq̄ fabulatiões / sed nõ vt lex tua. Oĩa mandata tua ve-
ritas / iniq̄ persecuti sunt me adiuua me. Paulominus consum-
mauerũt me in terra / ego autẽ nõ dereliq̄ mãdata tua. Secũdũ

misericordiam tuam viuifica me: et custodiā testimonia oris tui
In eternū dn̄e: verbū tuū pmanet in celo. In generatiōe ꝫ ge
nerationē veritas tua: fundasti terrā et permanet. Ordinatiōe
tua perseuerat dies: qm̄ oia seruiunt tibi. Nisi quod lex tua me=
ditatio mea est: tunc forte perissem in humilitate mea. In eter
num nō obliuiscar iustificationes tuas: qr in ipsis viuificasti me.
Tuus sum ego saluū me fac: qm̄ iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua
intellexi. Omnis consummationis vidi finē: latū mandatū tuū
nimis. Quomodo dilexi legē tuam dn̄e: tota die meditatio mea
est. Super inimicos meos prudētem me fecisti mandato tuo: qr
in eternum mihi est. Super omnes docentes me intellexi: q̄a te=
stimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi: quia mā
data tua quesiui. Ab omni via mala phibui pedes meos: vt cu=
stodiam verba tua. A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem
posuisti mihi. Quam dulcia faucibus meis eloq̄a tua: super mel
ori meo. A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem vi=
am iniquitatis. Lucerna pedibus meis verbū tuū: et lumē semi
tis meis. Iuraui et statui: custodire iudicia iustitie tue. Humili
atus sum vsqꝫquaqꝫ dn̄e: viuifica me secundum verbū tuū. Uo=
luntaria oris mei bn̄placita fac dn̄e: et iudicia tua doce me. Aia
mea in manibus meis semper: et legem tuam non sum oblitus.
Posuerunt peccatores laqueū mihi: et de mandatis tuis non er
raui. Hereditate acquisiui testimonia tua in eternū: quia exalta
tio cordis mei sunt. Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificatio=
nes tuas in eternū: propter retributionē. Iniquos odio habui:
et legē tuā dilexi. Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbum
tuum supersperaui. Declinate a me maligni: et scrutabor man=
data dei mei. Suscipe me secundū eloquiū tuū et viuā: et nō cō=
fundas me ab expectatione mea. Adiuua me et saluus ero: ꝫ me
ditabor in iustificationibus tuis semper. Spreuisti oēs disceden
tes a iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorū. Preuaricātes re=
putaui oēs peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua. Confige
timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui. Feci iudici
um et iustitiā: non tradas me calūniantibus me. Suscipe seruū
tuum in bonum: non calūniantur me superbi. Oculi mei defece=


runt in salutare tuū: et in eloquium iustitie tue. Fac cum seruo
tuo scd̄m misericordiā tuā: et iustificatiōes tuas doce me. Ser=
uus tuus sum ego da mihi intellectum: vt sciam testimonia tua
Tempus faciendi dn̄e: dissipauerūt legem tuam. Ideo dilexi
mandata tua: super aurum et topazion. Propterea ad omnia
mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Mirabilia testimonia tua dn̄e: ideo scrutata est ea aīa mea
Declaratio sermonū tuorū illuminat: et intellectū dat
paruulis. Os meū aperui et attraxi spiritū: quia mandata tua
desiderabā. Aspice in me et miserere mei: secundū iudicium dili
gentium nomen tuum. Gressus meos dirige secundum eloquiū
tuum: et non dominetur mei omnis iniustitia. Redime me a ca
lumnijs hominum: vt custodiam mandata tua. Faciem tuam
illumina super seruum tuum: et doce me iustificatiōes tuas. Ex
itus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legē
tuam. Iustus es domine: et rectum iudicium tuū Mandasti iu
stitiam testimonia tua: et veritatem tuā nimis. Tabescere me
fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Igni=
tum eloquium tuum vehementer: et seruus tuus dilexit illud.
Adolescētulus sum ego et contemptus: iustificationes tuas non
sum oblitus. Iustitia tua domine iustitia in eternum: et lex tua
veritas. Tribulatio et angustia inuenerunt me/ mandata tua
meditatio mea est. Equitas testimonia tua in eternum/ intelle
ctum da mihi et viuam. Clamaui in toto corde exaudi me dn̄e/
iustificationes tuas requiram. Clamaui ad te saluum me fac/
vt custodiam mandata tua. Preueni in maturitate et clamaui/
quia in verba tua supersperaui. Preuenerunt oculi mei ad te di
luculo/ vt meditarer eloquia tua. Uocem meam audi secūdum
misericordiam tuam domine/ et secundum iudicium tuum viui=
fica me. Appropinquauerūt persequentes me iniquitati/ a lege
autē tua longe facti sunt. Prope es tu domine/ et omnes vie tue
veritas. Initio cognoui de testimonijs tuis/ quia in eternū fun
dasti ea. Uide humilitatem meam et eripe me/ quia legem tuā
non sum oblitus. Iudica iudicium meum et redime me/ propter
eloquium tuum viuifica me. Longe a peccatoribus salus/ quia
iustificationes tuas non exquisierūt. Misericordie tue multe do

mine:secundum iudicium tuū viuifica me. Multi qui persequū-tur me et tribulant me:a testimonijs tuis non declinaui. Uidi preuaricantes et tabescebam:quia eloquia tua non custodierunt Uide quoniam mādata tua dilexi domine:in misericordia tua viuifica me. Principium verborum tuorum veritas:in eternum omnia iudicia iustitie tue. Principes persecuti sunt me gratis:& a verbis tuis formidauit cor meum. Letabor ego super eloquia tua:sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatem odio habui et abhominatus sum:legem autem tuā dilexi. Septies in die lau-dem dixi tibi:super iudicia iustitie tue. Pax multa diligentibus legem tuam:et non est illis scandalum. Expectabam salutare tuum domine:et mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea te stimonia tua:et dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua et testimonia tua:quia omnes vie mee in conspectu tuo. Appro pinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquiū tuum da mihi intellectum. Intret postulatio mea in conspectu tuo:secundum eloquium tuum eripe me. Eructabūt labia mea hymnum:cum docueris me iustificationes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum:quia omnia mandata tua equitas. Fiat manus tua vt saluet me:quoniā mādata tua elegi. Concupiui salutare tuum domine:et lex tua meditatio mea est. Ui-uet anima mea et laudabit te:et iudicia tua adiuuabūt me. Er-raui sicut ouis que perijt quere seruum tuum domine:quia man-data tua non sum oblitus. ¶ Finitis psalmus repetatur Aū.



Requiem eternam dona eis domine/et lux perpetua luceat eis.



Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrie leyson.

¶ Deinde dicatur Pater noster. et sine pronunciatione. Et ne nos inducas. sequatur sine nota iste Psalmus.

Domine probasti me & cognouisti me/ tu cognouisti sessio-nem meam et resurrectionem meam. Intellexisti cogita

tiones meas de longe: semitam meam et funiculum meum inue stigasti. Et omnes vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea. Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima et an tiqua: tu formasti me et posuisti super me manum tuam. Mira bilis facta est scientia tua ex me: confortata est et non potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam. Si ascen dero in celum tu illic es: si descẽdero ad infernũ ades. Si sumpse ro pennas meas diluculo: et habitauero in extremis maris. Et enim illuc manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre conculcabunt me: et nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebre non obscurabuntur a te: et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita et lumen eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee. Confi tebor tibi quia terribiliter magnificatus es mirabilia opera tua et anima mea cognoscẽt nimis. Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: et substantia mea in inferioribus terre. Imperfectum meũ viderunt oculi tui et in libro tuo omnes scri bentur: dies formabuntur et nemo in eis. Mihi autem nimis ho norificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur: ex urrexi et adhuc sum tecũ. Si occideris deus peccatores: viri san guinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vanitate ciuitates suas. Nonne qui oderunt te domine ode ram: et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos inimici facti sunt mihi. Proba me deus et scito cor meum: interroga me et cognosce semitas meas Et vide si via iniquita tis in me est: et deduc me in via eterna.

¶ Deinde sine interuallo incipiatur missa pro defunctis sacer dote interim exeunte ad locum sepulchri signandũ si corpus pre sens affuerit / vt supra dictum est. Tamen quandocunque sigilla tim extra conuentum dicitur commendatio animarum tũc im mediate post psalmum. Domine probasti me et cognouisti me. sequatur v⁹. Requiem eternam dona eis dñe. Et lux. A porta inferi. Erue domine. Credo videre. In terra viuẽtium. Do minus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Tibi dñe cõmendamus animas famulorũ famularumque

tuarum: ut defuncti seculo tibi vivant: et que per fragilitatē mū-
dane conversationis peccata admiserunt: tu venia misericordissi-
me pietatis absterge. Per christum dominum nostrum.

¶ Nunc dicatur alia commendatio in ecclesia Sarum sive cor-
pus presens fuerit sive non. Ad missam. Officium.

Requiē eter- nā dona eis domi- ne et lux perpetua luceat e- is. ps. Te decet hymn⁹ de⁹ in syon et tibi reddetur votū in hierusalē exaudi orationē meā ad te oīs caro veniet.

Quandocunq corpus adest presens & in anniversarijs et trigintalibus: & quando ultimo fit servitium mortuorum ante pascha / & in die animarum tantum dicatur hic cantus.

Kyrie leyson. iij. Christe eleyson. iij. Kyrie leyson. ij. Ky rie leyson.

Quotidie ante diē sepulture cuiuscunq fuerit dicatur ista oratio.

Deus cui ppriū est misereri semp & parcere te supplices deprecamur pro aīa famuli tui vel famule tue. N. quā hodie de hoc seculo migrare iussisti: ut non tradas eam in man⁹ inimici: nec obliviscaris in finem: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi: atq ad regionē vivorū perduci: et quia in te speravit & credidit sanctorū tuorū mereatur societate letari. Per dnm. In die quinto sepulture cuiuscunq fuerit corpus dicatur ista oratio.

OMnipotens sempiterne deus misam tuã supplices depreca=mur: vt aiam famuli tui vel famule tue: cuius corpori debitum sepulture officium persoluimus in sinũ abrahe patriarche iubeas collocari: vt cum dies agnitionis tue aduenerit: inter sctõs et electos tuos eum vel eam resuscitari precipias. Per dominum

In anniuersariis de quocunqꝫ fuerit dicitur ista oratio.

DEus indulgentiarũ dñe da anime famuli tui vel famule tue cuius anniuersariũ depositionis diẽ cõmemoramꝰ: refrigerij sedem quietis beatitudinẽ et luminis claritatẽ. Per do.

In die tricennali de quocunqꝫ fuerit dicitur ista oratio.

DEus cui ꝓpriũ est misereri semꝑ et parcere ꝓpiciare aie famuli tui vel famule tue: et oĩa eiꝰ pctã dimitte: vt mortis vinculis absolutꝰ vel absoluta: trãsire mereatur ad vitã. Per d.

In anniuersa. epõrũ tñ sic pronũcietur Deus indulgẽtiarũ dñe da aie famuli tui põtificis cuius ⁊c. vts. Hoc gñaliter notãdum est ꝙ ad quãlibet missam q̃ pro corꝑe ꝑsenti celebratur cuiuscũqꝫ fuerit nisi pro rege vel regina: vel pro alio magno dño quinqꝫ orationes dicuntur ad missam: quarum prima pro corpore presenti vt supra ad missam: secunda pro episcopis oratio.

DEus q̃ inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate censeri: ꝑsta q̃s vt quorũ vicẽ ad horã gerebant in terris: eorũ ꝑpetuo cõsortio letẽtur in celis. Secreta

OFferimus tibi dñe oblationẽ nostre seruitutis pro animabus famulorũ tuorũ pontificũ vel sacerdotũ supplicantes: vt cũ presulibus apl'ice dignitatis quorũ sunt executi officiũ mereantur habere sempiterne beatitudinis portionem. Postcõio.

PRoficiat q̃s dñe aiabꝰ famulorũ tuorũ põtificũ ⁊ sacerdotũ diuini celebratio mysterij: vt quos in terris positos huius muneris dispensatores esse fecisti: inter electos antistites cos iubeas connumerari. Tertia oratio pro fratribus et sororibus.

DEus venie largitor ⁊ humane salutis auctor q̃s clemẽtiã tuã: vt nostrarũ cõgregationũ fratres et sorores: q̃ ex hoc seculo transierunt beata maria semper virgine et beato michaele archangelo cum omnibꝰ sanctis: ad perpetue beatitudinis cõsortium peruenire concedas. Secreta.

DEus cuiꝰ mĩe nõ est numerꝰ: suscipe ꝓpicius ꝑces humili=

tatis nostre et aiabus fratrũ et sororũ nostrarũ cõgregationum quibus tui nominis dedisti confessionem per hec sacramenta salutis nostre cunctorum remissionem tribue peccatorum.

Presta quesumus oĩps et misericors de⁹: vt anime fratrum et sororũ nostrarũ congregationũ: pro quibus hoc sacrificium laudis tue obtulim⁹ maiestati: per huius virtutẽ sacramẽti a peccatis omnibus expiate lucis perpetue te miserãte percipiãt beatitudinẽ. ¶ Quarta oratio pro parentibus et benefactorib⁹

Omnipotẽs et misericors deus vnica salus mortaliũ te supplices exoramus pro animab⁹ famulor̃ famularumq̃ tuarum parentũ et benefactorũ nostrorũ vt interueniẽte btã dei genitrice maria cũ oĩbus sanctis: peccatorũ eis largire digneris indulgentiã: ꝛ in nouissimo die btẽ resurrectiõis letitiã. Secreta.

Sanctifica q̃sumus dñe hec fideliũ oĩm vitalia sacramenta et presta: vt interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis anime famulor̃ famularumq̃ tuarum parentum et benefactorum nostrorum: ab omnibus vitiis expiate pabulo vite reficiantur eterne. Postcõmunio.

Purificet nos quesumus domine salutare quo pasti sumus sacramentum: vt interueniẽte beata et gloriosa semperq̃ virgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis concede: vt hoc ipsum proficiat animabus famulorum famularumq̃ tuarum parentum et benefactorum nostrorum ad promerẽdam tue propiciationis gratiam et percipiendã future resurrectionis gloriam sempiternam. ¶ Quinta oratio generalis.

Fidelium deus omniũ conditor et redemptor aiabus oĩm fidelium defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt: piis supplicationibus consequantur. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Secreta.

Hostias q̃s dñe quas tibi pro animabus omniũ fideliũ defunctorum offerimus propiciatus intẽde: vt quibus fidei christiane meritum contulisti dones et premium. Postcõmunio.

Animabus quesumus domine omniũ fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium: vt eas et a peccatis omnibus exuas: ꝛ tue redẽptionis facias esse participes. Qui cũ

deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secu la seculorum. Amen. ¶ Item et infra trigintale cuiuscunq fuerit defuncti quinq dicuntur orationes quarum prima pro ipso trigintali. Item in omnibus alijs anniuersarijs quinq dicuntur orationes quarum prima pro anniuersarijs. cetera vt s. pro corpore presenti. Quocunq corpus adest presens et in anniuersar. epor et in die anniuersarij tm. ¶ Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad tessalonicenses.


FRatres. Nolumus vos ignorare de dormientibus: vt non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sumus in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo et mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Itaq consolamini inuicem: in verbis istis ¶ In omnibus alijs anniuersarijs et trigintalibus epistola. Lectio libri machabeorum.

IN diebus illis. Uir fortissimus iudas collatione facta: duodecim milia dragmas argenti misit hierosolymam offerre ea sibi pro peccatis mortuorum: iuste et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Sed quia considerabat quod hij qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur. In omnibus alijs missis pro defunctis dicuntur hee due epistole alternis vicibus per ebdoma. ita tamen quod primo dicatur epistola. Audiui vocem. quod per totum annum obseruetur quando ferialiter dicatur missa. Epistola. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli.


IN diebus illis. Audiui vocem de celo: dicentem mihi. Scribe/ beati mortui qui in domino moriuntur Amodo enim iam dicit spiritus: vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum: sequuntur illos. Alia epistola ad corintheos.

FRatres. Christus resurrexit a mortuis primitie dormien-

tiū: qm̄ q̄dē per hoīem mors ꝫ ꝑ hoīem resurrectio mortuoꝝ: et sicut in adā oēs hoīes moriūtur: ita in xp̄o oēs viuificabunt. Unusquisqꝫ aūt in suo ordine: ꝑ iesum xp̄m dn̄m nr̄m. ¶ Sciēdū aūt ꝙ istud seq̄ns grad. s. Si ambulē. nūq̄ꝫ dꝫ dici ꝑ corꝑe p̄nti ꝑ ꝓborū et coꝝ triginta. ꝫ āniuersa. scd̄m vsū Sarū ecclie tūc enī dicatur a trib9 clericis de scd̄a forma habitu nō imutato ad caput defūcti. si corp9 adest p̄sens: sin autē ad gradū chori dicat̄ gradale. Si ambu










In omnib9 alijs missis defunct. dicatur a toto choro istud grad.







hoc mō finiatur quādo ferial. dicitur missa.

lu ceat e is.

v. Anime eo rum in bo

nis demoren tur et semen eo

rum here ditet terram.

Hoc modo finial quādo feria. dicil missa. terram.

Quādo corp⁹ adest p̄sens ꝫ in ānivers. ep̄orū dical tract⁹ Sicut ceru⁹. a quatuor clericis de superiori gradu habitu nō mutato: ad caput defūcti iterim stātib⁹ cōtinuo si corp⁹ adest p̄ns sinastit ad grad chori ita tn̄ q̄ oēs illi. iiij. clerici simul primū v. incipiāt quē duo ex p̄te chori principalis p̄sequētur ꝫ ita alternis vicib⁹ singuli v. ab illis. iiij. clīcis toti⁹ tract⁹ dical cho. iterim sedēte. Ita tn̄ qd oēs simul ipm tr. terminēt. Tract⁹

Sicut cer uus desi derat ad fontes aqua

rum i ta de siderat anima mea ad te

de us. v. Siti uit anima me

a ad deum vi uum quando veni am et

appa re bo ante fa ci em de i mei

v. Fuerunt mihi lachrime me

e panes die ac no cte dum di-

ci tur mihi per singulos di es v bi

est de us tuus.

In omnibus alijs missis p defunctis dicitur a toto choro iste tractus cum cantu sequenti.

De profundis clamaui ad te

do mine domi ne exau di vo cem me

am. v. Fiant aures tu e in tenden tes in

o rati o nem ser ui tu i. ℣. Si iniqui tates obser ua ueris do mine domi ne quis su stine bit. ℣. Quia apud te propiciati o est et propter legem tu am susti nu i te do mine.

¶ Et dicatur iste tractus cum cantu prenotato choro interim se=dente quandocumque dicatur: nisi in die animarum tantum. tunc enim dicatur cum eodem cantu quo in dominica septuagesime a quattuor cleri=cis de superiori gradu habitu non mutato ad gradum chori supradi=cto modo. Item in anniuersariis episcoporum et decanorum: et quandocumque corpus adest presens postquam executor officii inceptionem misse altare thurificauerit: diaconus cum thuribulo circumeundo tumbam vel corpus illud incenset: sed ex vtraque parte videlicet in=cipiendo a capite. Similiter fiat ante euangelium dum tractus ca=nitur incensato prius altare: et tertio postquam sacerdos sacrificium ante lotionem loco suo depositum thurificet: idem diaconus sicut pri=us. Nunquam enim thurificetur corpus ad Placebo. vel ad Dirige. secundum vsum Sarum: sed semper ad missam tantum. ¶ In dominicis diebus et in secundis feriis: et etiam pro corpore presen=ti: et in anniuersariis et trigintalibus: et in die animarum tantum dicatur hoc euangelium. Secundum Joannem.

IN illo tempore. Dixit martha ad iesum. Dñe si fuisses hic: frater meus nõ fuisset mortu9 Sed et nüc scio: qa quecunqз poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me etiã si mortu9 fuerit viuet. Et ois q̃ viuit et credit in me non morietur in eternũ. Credis hoc? Ait illi. Utiqз dñe. Ego credidi: quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum venisti.

¶ Feria tertia. Euangelium. Secundum Joannem.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: et principib9 iudeorum. Omne quod dat mihi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eijciam foras. Quia descendi de celo nõ vt faciam voluntatem meam: sed voluntatẽ eius qui misit me. Hec est autem voluntas eius qui misit me patris: vt omne quod dedit mihi nõ perdã ex eo: sed resuscitẽ illud in nouissimo die. Hec est autem voluntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filiũ: et credit in eum habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. ¶ Feria. iiij. Euangeliũ. Secundum Joannẽ.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me habet vitam eternam. Et in iudicium nõ veniet: sed transiet a morte in vitam. Amen amen dico vobis: quia venit hora ꝛ nunc est quando mortui audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Sicut pater habet vitam in semetipso: sic dedit ꝛ filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere quia fili9 hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij dei. Et procedent qui bona fecerunt: in resurrectionem vite. Qui vero mala egerunt: in resurrectionem iudicij. ¶ Feria. v. Euangelium. Secundum Joannem.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic ꝛ filius quos vult viuificat. Neqз enim pater iudicat quẽq̃: sed iudicium omne dedit filio. Ut omnes honorificent filium: sicut honorificãt patrem. Qui nõ honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illũ. Amẽ amen dico vobis: quia qui verbum meũ audit et

credit ei qui misit me: habet vitam eternam. Et in iudicium nō veniet: sed transiet a morte in vitam. ¶ Feria sexta. Euangeliū Secundum Joannem.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorū. Ego sum panis viuus: qui de celo descēdi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternū. Et panis quē ego dabo: caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudei ad inuicē dicētes Quomodo potest hic carnē suam nobis dare ad manducandum Dicit ergo eis iesus. Amen amen dico vobis: nisi māducaueritis carnem filij hominis: et biberitis eius sanguinē: nō habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnē: et bibit meū sanguinem: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. ¶ Sabbato. Euangelium. Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Amen amē dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis: et biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem: et bibit meum sanguinem: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. ¶ Hoc sequens offertoriū dicatur in omnibus missis pro defunctis nisi in die animarum tantum. Offer.



Domine iesu christe rex glo rie libera ani-



mas omnium fide li um defuncto rum de manu infer




ni et de profundo la cu libera eas de ore leo nis ne




absorbeat eas tartarus ne cadant in obscu ra tenebrarum



lo ca sed signifer sanctus michael representet e as




in lu cem sanctā quam olim abrahe promi sisti et se



mi ni e ius.


Hoc sequēs offertoriū dicat in die animarum tātum. Offer.



O pie de us qui primum ho minē ad eternā glo-




riam re uoca sti pastor bo ne qui ouem per-



di tam pio hume ro ad ouile reporta sti iuste iu-



dex dum veneris iudica re libera de morte ani mas eo



rum quas redemi sti ne tradas bestijs a nimas confitentes



ti bi ne dere linquas

Post ablutionē manuum iūctis manibꝰ i medio

eas in fi nē. alta. icipiat sac. Chorus respondeat hoc modo.

Hostias et preces tibi dn̄e offerimus. Tu su scipe pro animabus il lis quarum hodie memoriam agimus fac eas domine de morte transi re ad vitam.

Et interim dicat sacerdos. In spiritu humilitatis priuatim more solito. deinde dicat sacerd. Orate fratres. Chorus respondeat cantando. ꝟ.

Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua lu ceat eis. Quam olim abrahe promi sisti et se mini e ius.

Notādū est ꝙ q̄ncūqꝫ corpꝰ adest p̄n̄s. ⁊ in oībꝰ āniuer. ⁊ trigin. dr̄ Hostias ⁊ p̄ces. cū ꝟ. Requiē eter. ⁊ Quā olim. ⁊ in die aīaꝝ nō dicat. Quotidie āte diē sepulture cuiuscūqꝫ fue. dicat istd̄ secretū


Suscipe q̄s misericors pater oblationē quā tibi offerimꝰ ꝓ aīa famuli tui vel famule tue N. quā hodie de carnali corruptione liberasti: ⁊ cōcede vt ab oībꝰ humane cōditiōis excessibus hijs remedijs expiet: ⁊ in regē sempiterna diē resurrectionis prestoletur. Per dn̄m. ¶ In die sepulture cuiuscūqꝫ fuerit secretū

Suscipe dn̄e pro aīa famuli tui vel famule tue hostiā quā te deo p̄ri benigne obtulisti ꝓ nobis ⁊ q̄a causa hoīm descēdisti de celis: te redeūte sctōꝝ tuoꝝ mereat adiūgi cōsortijs. ꝑ te saluator mūdi. Qui. ⁊c. In anniuer. de quocūqꝫ fue. dr̄ istud Secre.

Missa

PRoſpiciare q̄s dn̄e supplicatiōibus nr̄is pro aīa famuli tui vel famule tue: cuius hodie annua dies agitur pro qua tibi offerimus hoc sacrificiū laudis: vt eā sctōꝝ tuoꝝ cōsortio sociare digneris. Per do. In die tricenali de quocunqȝ fuerit. Secreta.


INtuere q̄s oīps deꝰ et placatꝰ suscipere dignare hoc sacrificiū qđ tibi offerimꝰ p aīa famuli tui vel famule tue: et cōcede illi pacē perpetuā ⁊ requiē sempiternā. Per d. Prefatio quotidiana. Qn̄ corpꝰ adest p̄sens in oībꝰ āniuer. ⁊ trigin. ⁊ qn̄ vltimo fit seruitiū mortuorū ante pascha ⁊ in die aīarū dicaꝛ hic cantus



SAnctus. Sctūs. Sanctꝰ. Dn̄s deꝰ sabaoth. Pleni sūt




celi et terra gloria tu a o sanna in excelsis. Bn̄dictꝰ q̄ ve-



Qn̄ corpꝰ adest p̄ñs ⁊ in oībꝰ āniuersa. ⁊ trigint.

nit in noīe do mini o sanna in excelsis. et qn̄ vltimo fit seruitiū mortuorū ante pascha: et in die aīarū dicatur hic cātus.



AGnus de i qui tollis peccata mundi dona e is requiē.



Agnꝰ de i qui tollis peccata mundi dona eis requiem. Agnꝰ




de i qui tollis peccata mūdi dona e is re quiē sempiternā.


¶ In oībꝰ missis p corpe p̄ñti ⁊ in āniuer. ⁊ trigin. ⁊ qn̄ vltimo fit seruitiū mortuoꝝ. āte pascha. ⁊ ī die aīaꝝ dicaꝛ hec seques cōio




Pro quorū memoria corpus christi sumitur dona eis dñe requiē




sempiternā. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorū memoria san




guis xpi sumit̄ dona eis dñe requiē sempiternā. In oib9 alijs missis pro defunctis: dicatur hec cōio.



Lux eterna luceat eis domine cum sanctis tuis ineternū quia



pius es. et dr cū v. sic. Requiē eternā dona eis dñe: et lux ppetua



luceat eis. cū repetitiōe. cum sanctis tuis in eternū quia pius es.

¶ Quotidie ante diem sepulture dicitur ista postcōmunio.

Presta q̄s oīpotēs deus: vt aīam famuli tui vel famule tue ab āgelis lucis susceptā: in ꝑparata habitacula deduci facias btōꝝ. Per d. In die sepulture cuiuscūqꝫ fue. dicat̄ ista postcōio

Presta q̄s dñe vt aīa famuli tui vel famule tue cuius hodie officia humanitatis exhibem9: hijs sacrificijs expiata salnationis tue perpetuo munere gratuletur. Per do. In anniuer. de quocunqꝫ fuerit dicatur hec sequens Postcōmunio.

Presta q̄s dñe vt aīa famuli tui vel famule tue cuius anniuersariū depositionis diē recolim9 hijs purgata sacrificijs indulgentiā pariter et requiē capiat sempiternam. Per dominū In die trigintali. de quocunqꝫ fuerit dicatur hec Postcōmunio.

P Rosit quesumus dñe aie famuli tui vel famule tue: diuini celebratio sacramenti: vt eius in quo sperauit et credidit: eternũ capiat te miserãte cõsortiũ. Per dñm. Post missã accedat sacerdos ad caput defuncti alba indut⁹ absq; cappa serica & duo clerici de scda forma ad caput defũcti stãtes incipiãt trib⁹ vicib⁹ añ. sequẽtẽ quã chor⁹ singulis vicib⁹ totã psequat᷑ vsq; i finẽ. añ



C ircumdederunt me gemitus mortis dolores inferni circunde



Deide post tertiam repetitionẽ se

de runt me. quatur. K yrie eleyson. C hriste eleyson.

Non dicatur Pater noster. nec Domin⁹ vobiscum. neq; Oremus. sed tantũ Oratio. sacerdote dicente modesta voce videlicet sine nota.


K yrie eleyson.

N On intres in iudiciũ cũ seruo tuo vel seruula tua dñe qm null⁹ apud te iustificabit᷑ homo nisi per te oim pctõr tribuatur remissio nõ ergo eũ vel eã tua qs iudicialis sententia premat quẽ tibi vera supplicatio fidei xpiane cõmẽdat: sed gratia tua illi succurrẽte mereat᷑ euadere iudiciũ vltiõis q vel q dũ viueret insignitus vel insignita est signaculo sctẽ trinitatis. In qua viuit.

Eodẽ modo dicũtur oẽs oõnes sequentes. Deinde incipiat cãtor ℟. Q ui lazarum resuscita sti a monumen



to feti dũ. Tu eis domi ne dona re qui em et



lo cũ indul genti e. ℣. Q ui venturus es iudicare



¶ Et pertantetur a choro cum suo versu et interim sacerdos cu thuribulo circumeundo corpus illud incenset. Similiter fiat in ℟ijs sequentibus. deinde dicitur.



sine Pater noster ꝛ sine Dñs vobiscũ. sed tãtũ cu Orem⁹ Orõ.

Deus cui oĩa viuũt cui nõ pereunt moriẽdo corpora nr̃a sed mutãtur in melius te supplices deprecamur: vt q̃cquid famulus vel famula tuus vel tua viciorũ tue voluntati cõtrarium fallẽte diabolo et propria iniquitate atq; fragilitate cõtraxit: tu pius ꝛ misericors abluas indulgẽdo eiusq; animã suscipi iubeas per man⁹ sctõꝝ angeloꝝ tuoꝝ deducendã in sinũ patriarcharum tuoꝝ abrahe scilicet amici tui: ꝛ ysaac electi tui: atq; iacob dilecti tui: quo aufugit dolor et tristitia atq; suspiriũ: fideliũ quoq; anime felici iocunditate letãtur: et in nouissimo magni iudicij die inter sanctos et electos tuos eam facias perpetue glorie tue percipere portionem: quã oculus nõ vidit: nec auris audiuit: et in cor hominis non ascendit que preparasti diligentibus te. Per xp̃m. ℟.









in nouissimo di e. Rx. Anima mea turbata est val-



de sed tu domine suc curre e i. Dum ve.


¶ Et percantetur a choro cũ suo versu: et interim incensetur corpus vt supra. Deinde sequatur.




Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

sine Pater noster. et sine Dñs vobiscum. sed tantum cũ Oremus.

Fac q̃sumus dñe hanc cũ seruulo tuo defuncto vel seruula tua defuncta misericordiã: vt factorũ suorũ in penis nõ recipiat vicẽ: qui vel que tuã in votis tenuit voluntatẽ: et quia hic illũ vel illã vera fides iunxit fidiũ turmis illic eũ vel eã tua miseratio societ angelicis choris. Per xpm. Deinde incipiat cãtor Rx.




Libera me do mine de morte eter na in die illa




tremen da quando celi mo uendi sunt et ter-



ra. Dum ve neris iudi ca re se



culum per ignem. Vx. Dies illa dies ire calamitatis et




Et percãtetur a choro cũ v=no versu tãtũ. scz Dies illa. vtš. et interim incensetur corpus a sacerdote semel circumeundo et postea aspergatur aqua benedicta: deinde sequatur.



Deinde roget sacerdos circũstãtes orare pro aĩa defuncti dicẽs. Pro aĩa N. et pro aĩabus oĩm fideliũ defunctorũ. Pater nr̃. Et ne nos. Sed libera nos a malo. Nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo. vel seruula tua dñe. Quia non iustificabitur in cõspectu tuo oĩs viuẽs. A porta inferi. Erue dñe aĩas eorũ. Credo videre bona dñi. In terra viuentiũ. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus.

INclina dñe aurẽ tuam ad preces nostras quibus miam tuam supplices deprecamur: vt animã famuli tui vel famule tue quã de hoc seculo migrare iussisti in pacis ac lucis regione constituas: et sanctorũ tuorũ iubeas esse consortẽ. Per christum.

Hic deportẽ corpus ad sepulchrũ cantore incipiente Añ.



Psalmus.


IN exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius. Mare vidit et fugit: iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerũt sicut arietes: et colles sicut agni ouiũ. Quid est tibi mare quod fugisti: et tu iordanis quia conuersus es retrorsum. Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouiũ. A facie domini mota est terra: a facie dei iacob. Qui conuertit petrã in stagna aquarum: et rupem in fontes aquarum. Nõ nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriã. Super misericordia tua et veritate tua: nequando dicant gentes vbi est deus eorum. Deus autem noster in celo: omnia quecunq; voluit fecit. Simulachra gentium argentum et aurum: opera manuum homi=

nū. Os habent et non loquētur: oculos habēt et non videbunt.
Aures habēt ꝛ nō audiēt: nares habēt ꝛ nō odorabūt. Manus
habēt et nō palpabūt pedes habēt ꝛ non ambulabūt: nō clama=
būt in gutture suo. Similes illis fiāt q̄ faciūt ea: et oēs qui confi
dūt in eis. Domus israel sperauit in dn̄o: adiutor eorū et prote=
ctor eorū est. Domus aaron sperauit in dn̄o: adiutor eorū et pro
tector eorū est. Qui timent dominū sperauerūt in domino: adiu
tor eorum et protector eorū est. Dn̄s memor fuit nostri: et bene=
dixit nobis. Benedixit domui israel: bn̄dixit domui aaron. Be
nedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cum maioribus.
Adijciat dominus super vos: super vos et super filios vestros.
Benedicti vos a domino qui fecit celum et terram. Celum ce=
li domino: terram autem dedit filijs hominū. Non mortui lau
dabunt te domine: neq; omnes qui descendūt in infernum. Sed
nos qui viuimus benedicimus dn̄o: ex hoc nūc et vsq; in seculum
¶ Alius ps. si tantum restat iter. s. Ad te dn̄e leuaui animā me
am. ¶ Finito psalmo vel psalmis dicatur iste versus.




Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis.

Deinde repetatur antiphona.



In paradisum deducāt te angeli in suū conuentū su-



scipiant te martyres et perducāt te in ciuitatē sanctā hierusalem
¶ Quibus dictis dicat sacerdos sine Dominus vobiscum. sed
tantum cum Oremus. humili voce.

Pie recordationis affectu fratres charissimi cōmemoratio
nē faciamus cari nostri vel care nr̄e: quē dn̄s noster de ten
tationibus huius seculi assumpsit: obsecramus miam dei nostri:
vt ipse ei retribuere dignetur placitam et quietam mansionem:
et remittat ei omnes lubrice temeritatis offensas: vt cōcessa sibi


venia plene indulgentie quicquid in hoc seculo proprio vel alieno reatu deliquit: totum ineffabili pietate ac benignitate sua deleat et abstergat. Per christũ. Alia oratio cũ Oremus. Oratio.

TE domine sancte pater omnipotens eterne deus suppliciter deprecamur pro spiritu fratris nostri vel sororis nostre: quem vel quam a voraginibus hui⁹ seculi accersiri iussisti: vt digneris domine dare ei lucidũ locum refrigerij et quietis liceat ei transire portas inferorum et penas tenebrarum: maneatq; in mansionibus sanctorũ: et in luce sancta quam olim abrahe promisisti et semini eius: nullam lesionem sentiat spiritus eius: sed cum magnus ille dies resurrectionis aduenerit: resuscitare eum vel eam digneris: vna cum sanctis et electis tuis deleasq; eius omnia delicta atq; peccata vsq; ad nouissimũ quadrantẽ: tecũq; immortalitatis tue vitã et regnum consequatur eternum. Per christum.

Finitis orationib⁹ aperiatur sepulchrum cantore incipiente Añ. Aperite. Amen. Psalmus.

COnfitemini dño quoniã bon⁹: quoniã in seculũ misericordia eius. Dicat nũc israel quoniã bonus: quoniã in seculũ misericordia eius. Dicat nunc domus aaron quoniã in seculum misericordia eius. Dicat nunc qui timẽt dñm: quoniã in seculũ mia eius. De tribulatione inuocaui dñm: & exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Dñs mihi adiutor: et ego despiciã inimicos meos. Bonũ est cõfidere in dño: q̃ confidere in hoie. Bonũ est sperare in dño: q̃ sperare in principibus. Omnes gẽtes circuierũt me: et in noie dñi quia vltus sum in eos. Circũdantes circũdederunt me: et in noie dñi quia vltus sum in eos. Circũdederunt me sicut apes & exarserũt sicut ignis in spinis: & in noie dñi qa vlt⁹ sũ in eos. Impulsus euersus sum vt caderẽ: & dñs suscepit me. Fortitudo mea et laus mea dñs: et factus est mihi in salutẽ. Uox exultationis & salutis: in tabernaculis iustorum. Dextera dñi fecit virtutẽ dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutẽ. Nõ moriar sed viuam: & narrabo opera dñi. Castigãs castigauit me dñs: et morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitie et ingressus in

eas ꝯfitebor dño: hec porta dñi iusti intrabūt in eā. Cōfitebor tibi dñe qm̄ exaudisti me: ꝛ fact⁹ es mihi in salutē. Lapidē quē reprobauerūt edificātes: hic factus est in caput āguli. A dño factū est istud: ꝛ est mirabile in oc̄lis nr̄is. Hec est dies quā fecit dñs: exultemus ꝛ letemur in ea. O dñe saluū me fac o dñe bene ꝓsperare: bn̄dict⁹ q̄ venit in noīe dñi. Bn̄diximꝰ vobis de domo dñi: deus dñs ꝛ illuxit nobis. Cōstituite diē solēnem: in cōdensis vsqꝫ ad cornu altaris. Deus meus es tu ꝛ cōfitebor tibi: deus me⁹ es tu ꝛ exaltabo te. Cōfitebor tibi dñe qm̄ exaudisti me: et fact⁹ es mihi in salutē. Cōfitemini dño quoniā bonus: quoniā in seculū misericordia eius. ¶ Finito psalmo tota dicatur antiphona.



Aperite mihi portas iustitie et ingressus in eas confitebor do



mino hec porta domini iusti intrabunt in eam.

Qua dicta dicat sacerdos. Oremus. Oratio.

OBsecramus miam tuā oꝑs eterne deus q̄ hoīem ad imaginē tuā creare dignat⁹ es vt aīam famuli tui vel famule tue N. quā hodierna die reb⁹ humanis eximi: et ad te accersiri iussisti blāde et misericorditer suscipias: nō ei dominētur vmbre mortis: nec tegat eum vel eā chaos et caligo tenebrarū: sed exut⁹ vel exuta oīm criminū labe in sinu abrahe collocatus vel collocata: locū refrigerij se adeptū vel adeptā esse gaudeat: vt cū dies iudicij aduenerit: cū sanctis et electis tuis eum vel eā resuscitari iubeas. Per christum dñm nostrum. Alia orati⁹ cum Oremus.


DEus qui iustis supplicationibus semper presto es: qui pia vota dignaris intueri: da famulo tuo vel famule tue N. cuius depositioni hodie officia humanitatis exhibemus: cū sanctis atqꝫ fidelibus tuis beati muneris portionem. Per xp̄m dñm

Deinde dicatur benedictio sepulchri sine Oremus. hoc modo.

ROgamus te domine sancte pater omnipotens eterne deus: vt bene ✠ dicere et sanctificare digneris hoc sepulchri

et corpus in eum collocandũ: vt sit remedium salutare in eo quie-
scenti et redemptio anime eius atq; tutela et munimen contra se
ua iacula inimici. Per christum. Alia benedictio tumuli. Adiu-
torium nostrum in nomine domini. Qui fecit celum et terram.
Benedic dñe locũ sepulchri huiꝰ sicut benedixisti sepulchra
abrahe ysaac et iacob. ℣. Ostende nobis domine misericor
diam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. Oratio.
Deus qui fundasti terram et formasti celos: qui omnia sy-
deribus instituta fixisti: qui captũ laqueis mortis hominẽ
lauachri ablutione reparas: qui sepultos abraham isaac ⁊ iacob
in spelunca duplici in libro vite ac totius glorie principes adnota
sti benedicendos: ita bene ✠ dicere digneris hũc famulũ tuũ vel
ancillã tuam: vt eũ vel eam requiescere facias: et in sinu abrahe
collocare digneris: qui dñm nostrũ iesũ christũ filiũ tuũ: deuictis
laqueis inferorꝝ resurgere in se credẽtiũ suorꝝ mẽbra iussisti resu-
scitare. Qui vẽturꝰ est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ sclm p ignẽ.
Respice dñe super hãc fabricã sepulture: ⁊ descen- Oratio.
dat spiritus tuus vt te iubẽte sit ei in hoc loco quieta dormi-
tio ⁊ tẽpore iudicij cũ omnibꝰ sanctis sit vera resurrectio. Te pre
stante dño nostro qui in trinitate perfecta viuis ⁊ regnas per cũ
cta secula seculorũ. Amen. ¶ Hic aspergatur aqua benedicta sup
sepulchrum et incensetur se-
pulchrum. Finitis orationi-
bus ponatur corpus in sepul-
chro cantore incipiente. ãn. Ingrediar. Amen. Psalmus.
Quẽadmodũ desiderat ceruꝰ ad fontes aquarũ: ita deside-
rat aĩa mea ad te deꝰ. Sitiuit aĩa mea ad deũ fontẽ viuũ
qñ veniã et apparebo ãte faciẽ dei. Fuerũt mihi lachryme mee
panes die ac nocte: dũ dicitur mihi quotidie vbi est deꝰ tuꝰ. Hec
recordatus sũ ⁊ effudi in me aĩam meã: qñ trãsibo in locũ taber
naculi admirabilis vsq; ad domũ dei. In voce exultatiõis ⁊ cõ
fessiõis: sonꝰ epulãtis. Quare tristis es aĩa mea: et quare cõtur
bas me. Spa in deo qñ adhuc ꝯfitebor illi salutare vultꝰ mei ⁊
deꝰ meꝰ. Ad meipsum aĩa mea cõturbata est: propterea memor
ero tui de terra iordanis ⁊ hermonij a monte modico. Abyssus
abyssum inuocat: in voce catharactarũ tuarũ. Omnia excelsa

tua et fluct⁹ tui: super me trāsierūt. In die mādauit dn̄s mīam suā: ꝛ nocte canticū eius. Apud me oratio deo vite mee: dicā deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei: et quare cōtristat⁹ incedo: dum affligit me inimicus. Dum cōfringūtur ossa mea: exprobrauerūt mihi qui tribulant me inimici mei. Dū dicunt mihi per singulos dies: vbi est deus tuus. Quare tristis es aīa mea et quare cōturbas me. Spera in deo qm̄ adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. ¶ Dicto psalmo repetatur Añ.




Ingrediar in locū tabernaculi admirabilis vsq; ad domū dei.
¶ Qua dicta dicat sacerdos orationem hoc modo.

ORemus fratres charissimi pro spū cari nostri vel care nostre N. quē dn̄s de laqueo huius seculi liberare dignat⁹ est: cuius corpusculū hodie sepulture traditur: vt eum vel eā pietas dn̄i in sinu abrahe collocare dignet̄ vt cū magni iudicij dies aduenerit: inter sanctos et electos tuos eū vel eam in parte dextera collocādū vel collocandā resuscitari faciat. Qui tecum viuit et regnat deus. Per. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

DEus qui humanarū aiarū etern⁹ amator es: aiam famuli tui vel famule tue N. quā vera dū in corpore maneret tenuit fides ab omni cruciatu inferoꝝ redde extorrē: vt segregata ab infernalibus claustris sctōꝝ tuorū mereatur adunari consortijs. Per xp̄m. ¶ Finitis orō. claudatur sepulchrū ponente prius sacerdote absolu. super pectus defuncti sic dicendo.

DOminus iesus xp̄s qui beato petro apostolo suo ceterisq; discipulis suis licentiam dedit ligandi atq; soluendi: ipse te absoluat N. ab omni vinculo delictorum: et in quantum mee fragilitati permittitur: precor sis absolutus vel absoluta: ante tribunal eiusdem domini nostri iesu christi habeas vitam eternam et viuas in secula seculorum. Amen.

Hic aspergatur tumulus aqua benedicta: et incensetur cantore incipiente Añ.



Hec requies mea. Amen. Psalmus.

Memento dñe dauid: et omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino: votum vouit deo iacob. Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis donec inueniã locũ dño: tabernaculũ deo iacob. Ecce audiuimus eam in effrata: inuenimus eam in campis silue. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Surge domine in requiem tuam: tu et archa sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iustitiam: et sancti tui exultent. Propter dauid seruũ tuum: non auertas faciem christi tui. Iurauit dñs veritatem et non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuã. Si custodierint filij tui testamentũ meũ: et testimonia mea hec que docebo eos. Et filij eorũ vsq; in seculum: sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit dñs syon: elegit eam in habitationem sibi. Hec requies mea in seculũ seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Viduam eius benedicens benedicam: pauperes ei9 saturabo panibus. Sacerdotes tui induam salutari/ et sancti eius exultatione exultabũt. Illuc producã cornu dauid/ paraui lucernã christo meo. Inimicos eius induã confusiõe super ipsum autẽ efflorebit sanctificatio mea. Finito psal. dicatur. añ.



Hec requies mea in seculũ seculi hic habitabo quoniã elegi eã.

Qua dicta dicat sacerdos oratio. cum Oremus. Oratio.

Deus apud quem spiritus mortuorũ viuunt/ et in quo electorũ anime deposito carnis onere plena felicitate letantur/ presta supplicantibus nobis/ vt anima famuli tui vel famule tue N. que temporali corpus visiõis huius luminis caruit visu/ eterne illius lucis solatio potiatur / nõ eã tormẽtum mortis attingat nec dolor horrende visionis afficiat non penalis timor excruciat/ non reorũ pessima cathena constringat/ sed cõcessa sibi venia omnium delictorum optate quietis consequatur gaudia repromissa. Per christum dominum nostrum. Amen.

Alia oratio cum Oremus. Oratio.

Pro defunctis

Tu dñe de⁹ oĩpotens precibus nr̃is aurẽ tue pietatis accomodare digneris: tu miseris opem feras: ꝛ misericordiam largiaris: et spiritũ famuli tui vel famule tue N. vinculis corporalibus liberatũ in pace sanctorũ tuorũ recipias: vt locũ penalẽ et gehennẽ ignẽ in regionẽ viuentiũ trãslatus euadat. Per xp̃m.


¶ Finitis orõ. executor officij terrã super corpus ad modũ crucis ponat et corpus thurificet aqua bñdicta aspergat: et dum sequẽs psalmus canitur corpus omnino cooperiatur cãtore incipiẽte añ.



De terra plasmasti me. Amen. Psalmus.

Domine probasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meam et resurrectionẽ meam. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meã et funiculum meum inuestigasti. Et omnes vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea. Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima et antiqua: tu formasti me et posuisti super me manum tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est et non potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo: ꝛ quo a facie tua fugiã. Si ascendero in celũ tu illic es: si descẽdero ad infernũ ades. Si sumpsero pẽnas meas diluculo: et habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre cõculcabũt me: ꝛ nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebre nõ obscurabũtur a te: et nox sicut dies illuminabitur sicut tenebre eius ita ꝛ lumẽ eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee. Cõfitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua et aĩa mea cognoscet nimis. Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: et substantia mea in inferioribus terre. Imperfectum meũ viderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur et nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabũtur: exurrexi et adhuc sum tecũ. Si occideris deus peccatores: viri sanguinũ declinate a me. Quia dicitis in cogitatiõe: accipiãt in vanitate ciuitates

suas. Nonne qui oderunt te dñe oderam: et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos: inimici facti sũt mihi. Proba me deus ꝛ scito coꝛ meum: interroga me ꝛ cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est: et deduc me in via eterna. ¶ Finito psalmo tota dicatur Añа.



De terra plasmasti me et carnem induisti me redemptoꝛ



meus domine resuscita me in nouissimo die.

Qua dicta dicat sacerdos sine. Dñs vobiscũ. et sine Oꝛemus.

Commendo animam tuam deo patri omnipotenti: terrã terre: cinerem cineri: puluerem pulueri. In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen. Deinde dicat sacerdos hanc oꝛationem sine Oꝛemus. Oꝛatio.

Temeritatis q̃dẽ est dñe vt homo hominẽ moꝛtalis moꝛtalẽ cinis cinerẽ tibi dño deo nr̃o audeat cõmendare: sed q̃a terra suscipit terrã: et puluis cõuertitur in puluerẽ: donec omnis caro in suã redigatur originẽ: inde tuã deus pijssime pater lacrimabiliter q̃s pietatẽ: vt huius famuli tui vel famule tue N. animã quã creasti de huius mundi voꝛagine cenulẽta ducis ad patriã abꝛahe amici tui sinu recipias: refrigerij roꝛe perfundas: sit ab estuantis gehenne truci incendio segregata: et beata requiete donãte cõiuncta: ꝛ si que illi sunt dñe digne cruciatibus culpe: tu eas grã tue mitissime lenitatis indulge: ne peccati vicem sed indulgẽtie tue piã sentiat bonitatẽ. Cũq3 finito mundi termino supernũ cũctis illuxerit regnũ nouus homo sctõꝝ oĩm cetibꝰ aggregatus vel aggregata: cũ electis tuis resurgat in parte dextera coꝛonãdus vel coꝛonãda. Per xp̃m. Alia oꝛatio Oꝛemꝰ. Oꝛo.

Deus vite datoꝛ ꝛ humanoꝝ coꝛpoꝝ reparatoꝛ: q̃ te a pctõribꝰ exoꝛari voluisti: exaudi p̃ces quas speciali deuotiõe p aĩa famli tui vel famle tue N. tibi lacrimabiliter fũdimꝰ: vt liberare eã ab inferoꝝ cruciatibꝰ ꝛ collocare eã iter agmina sctõꝝ

tuorũ digneris veste quoq₃ celesti: ⁊ stola immortalitatis indui: et paradisi amenitate confoueri iubeas. Per christum dominum



Finita oratio. incipiat cãtor: ãn. Omnis spiritus. Amen. Psalmus.

Laudate dñm de celis: laudate eũ in excelsis. Laudate eũ oẽs ãgeli ei⁹: laudate eũ oẽs virtutes ei⁹. Laudate eũ sol et luna: laudate eũ oẽs stelle et lumen. Laudate eũ celi celorũ et aque que super celos sunt laudẽt nomẽ dñi. Quia ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mãdauit et creata sunt. Statuit ea in eternũ et in seculũ seculi: preceptũ posuit et nõ preteribit. Laudate dñm de terra: dracones et oẽs abyssi. Ignis grãdo nix glacies spũs procellarũ: que faciũt verbũ eius. Mõtes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri. Bestie et vniuersa pecora: serpẽtes et volucres pẽnate. Reges terre et omnes populi: principes et oẽs iudices terre. Iuuenes et virgines senes cũ iunioribus laudẽt nomen dñi: quia exaltatũ est nomẽ eius solius. Confessio eius super celum et terram: ⁊ exaltauit cornu populi sui. Hymn⁹ oĩbus sanctis eius: filijs israel populo appropinquanti sibi. Cantate dño canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Letetur israel in eo qui fecit eum: et filie syon exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei. Quia beneplacitũ est dño in populo suo: et exaltauit mãsuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilib⁹ suis. Exultationes dei in gutture eorum: et gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendã vindictã in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorũ in compedibus: et nobiles eorũ in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum gloria hec est omnibus sanctis eius. Laudate dominũ in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundũ multitudinẽ magnitudinis eius. Laudate eũ in sono tube: laudate eũ in psalterio et cythara. Laudate eũ in tympano ⁊ choro: laudate eum in cordis ⁊ organo. Laudate eũ in cymbalis bñsonãtibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dñm.

¶ Finito psalmo tota dicatur Antiphona. scilicet.

Omnis spiritus laudet dominum. Qua dicta dicat sacerdos sine Dominus vobiscũ. et sine Oremus. Oratio.


Debitũ humani corporis sepeliẽdi officiũ fideliũ more complẽtes: deũ cui oĩa viuunt fideliter deprecemur: vt hoc corpus cari nostri vel care nostre N. a nobis infirmitate sepultũ in ordine sctõꝝ tuoꝝ resuscitet: ⁊ eius spiritũ sctis ac fidelibꝰ aggregari iubeat: cũ quibꝰ inenarrabili gloria: et perhẽni felicitate perfrui mereatur. Per dñm. Finita oratione incipiat sacer. Añа.

Ego sum.

Et intonetur ps̄ Benedictꝰ. modo sequẽti totus ps̄ dicatur et cãtetur hic solẽniter sicut ad matutinas.

Bene dictus dominus deus israel: quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorũ: qui a seculo sunt ꝓphetarũ eius. Salutem ex inimicis nostris: et de manu oĩm qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiã cum patribus nostris: ⁊ memorari testamenti sui sancti. Iusiurandũ quod iurauit ad abrahã patrem nostrum: daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorũ nostrorum liberati: seruiamus illi. In sanctitate et iusticia coram ipso: omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciẽ dñi parare vias eius. Ad dandam scientiã salutis plebi eius: in remissionẽ peccatorũ eorũ. Per viscera misericordie dei nostri: in qbꝰ visitauit nos oriẽs ex alto. Illuminare hiis q̄ in tenebris et in vmbra mortis sedẽt: ad dirigẽdos pedes nr̃os in viã pacis. Finito psal. tota dicatur Añ.

Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me etiã si mortuꝰ fuerit



rit viuet et omnis qui viuit et credit in me nõ morietur in eternũ

Qua dicta sequatur hoc modo.



Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

¶ Hic roget sacerdos orare pro anima defuncti ita dicens.

Pro anima N. et pro animabus omnium fidelium defunctorum Pater noster. ¶ Deinde dicat sacerdos.




Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.




Requiem eternam dona eis domine.

Et lux ppetua luceat eis. A porta inferi. Erue domine animas eorum. Credo videre bona domini. In terra viuentium.



Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Quia non



iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs. Dñe exaudi orationẽ meã. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus origo pietatis pater misericordiarũ solamen tristiũ: indultor criminũ: de cuius munere venit omne quod bonũ est et procedit: respice propicius supplicũ preces et quis ppria nos deputet indignos conscientia: te dignum nostris flecti petitionibus pulsamus quantulũcũq; conceditur aures tue pietatis. Nã si omittimus in vtroq; veremur esse rei: quoniam et te precipis a

peccatoribus exorari: nostroq; ac si non merito hoc agendum te prestante tribuitur in ministerio. Ergo te dñe sctē pater omnipotens eterne deus qui vnicū filiū tuū dñm nrm iesum xpm incarnari de virgine cōstituisti quo vetustū solueret pprio cruore peccatū: vt vitā redderet mūdo ipso opitulante aiam fratris nostri. vel sororis nre N. ab ergastulo cenulēte materie exēptā ab oībus piaculis qs absoluas. Nullas patiatur insidias occursantiū demonū: ppter quā misisti ad terras vnigenitū filiū tuū: libera et absolue eā a tetra voragine inferni quā redemisti pcioso sanguine vnigeniti filij tui: libera et absolue eā ab estuātis gehēne truci incendio collocās in paradisi amenitate. Nō sentiat pijssime pater quod calet in flāmis quod stridet in penis: & quod horret in tenebris: sed magnificentie tue munere preuenta mereatur euadere iudicium vltionis et beate requiei ac lucis eterne felicitate perfrui. Per christum. Alia oratio cum Oremus.

Tibi dñe cōmēdamus aiam famuli tui vel famule tue N. vt defunctus vel defuncta seculo tibi viuat: & que per fragilitatē mūdane cōuersationis peccata admisit tu venia misericordissime pietatis absterge. Per xpm. His dictis sequat ps. Miserere. j. cū Añ. Requiē eternā. Qua dicta dicat sacerdos in auditu oīm. Pater noster. p aīa eius N. et p aīabus quor ossa in hoc cimiterio vel in alijs requiescūt: et p aīab⁹ oīm fideliū defunctor. Deinde dicat sacerdos. Et ne nos. Sed libera nos. A porta inferi. Erue dñe. Ne tradas dñe bestijs aīas cōfitentes tibi. Et aīas pauperū tuor ne obliuiscaris in finē. Dñs vobiscū. Orem⁹. Orō.

Deus cuius miseratione anime fidelium requiescunt animabus famulorum famularūq; tuarū: hic et vbiq; in christo quiescētium: da ppitius suorum veniam peccatorū: vt a cunctis reatibus absoluti: tecū sine fine letētur. Per christū. Postea reuertētes clerici de tumulo dicāt septē psal. penitētiales vel saltē psal. De pfundis. cū aña. Requiē eternā. sequatur. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater nr. Et ne nos. Sed libera. A porta inferi. Erue dñe. Aīa ei⁹ in bonis demorabitur. Et semē ei⁹ hereditabit terrā. Credo videre bona dñi. In terra viuētiū. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo dñe. Quia nō iustificabitur in cōspectu tuo oīs viuēs. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Missa de sancta cruce.

SAtisfaciat tibi dñe deus noster pro aïa famuli tui N. fratris nostri sancte dei genitricis semperqȝ virginis marie: et sanctissimi apl'i tui petri oïm qȝ sctõꝝ tuoꝝ oratio: et presentis familie tue humilis ⁊ deuota supplicatio: vt pctõꝝ omniũ veniam precamur obtineat: nec eam patiaris cruciari gehẽnalibꝰ penis quã filij tui dñi nostri iesu christi pcioso sanguine redemisti. Qui tecũ. ⁊c. ¶ In fine oïm dimissa voce dicatur sic. Anima eius et anime omniũ fideliũ defunctorum per dei misericordiam requiescant in pace. Amen. ¶ Missa de sancta cruce. Officium.

NOs autẽ gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu christi in quo est salus vita et resurrectio nostra: per quẽ saluati et liberati sumus. ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suũ super nos: et misereatur nostri. Gloria patri. Oratio.

DEus qui vnigeniti filij tui dñi nostri iesu xp̃i precioso sanguine viuifice crucis vexillũ sctificare voluisti cõcede q̃s: eos q̃ eiusdẽ sctẽ crucis gaudẽt honore: tua quoqȝ vbiqȝ ꝓtectione gaudere. Per eũdẽ do. Lectio ep̃l'e bti pauli apl'i. Ad philippẽses

